

PATROLOGIÆ

CURSUS COMPLETUS,

SEU BIBLIOTHECA UNIVERSALIS, INTEGRÆ, UNIFORMIS, COMMODA, OECONOMICA,
DOMINIUM SS PATRUM, DOCTORUM SCRIPTORUMQUE ECCLESIASTICORUM

SIVE LATINORUM, SIVE GRÆCORUM,

QUI AB APO APOSTOLICO AD ÆTATEM INNOCENTII III (ANN. 1216) PRO LATINIS,
ET AD CONCILII FLORENTINI TEMPORA (ANN. 1459) PRO GRÆCIS FLORUERUNT :

RECUSIO CHRONOLOGICA

OMNIUM QUÆ EXISTERE MONUMENTORUM CATHOLICÆ TRADITIONIS PER QUINDECIM PRIORA
ECCLESIAE SÆCULA,

UXTA EDITIONES ACCURATISSIMAS, INTER SE CUMQUE NONNULLIS CODICIBUS MANUSCRIPTIS COLLATAS, PERQUAM DILIGEN-
TER CASTIGATA; DISSERTATIONIBUS, COMMENTARIIS VARIISQUE LECTIONIBUS CONTINENTER ILLUSTRATA; OMNIUS
OPERIBUS POST AMPLISSIMAS EDITIONES QUÆ TRIBUS NOVISSIMIS SÆCULIS DEBENTUR ABSOLUTAN, DETECTIS
AUCTA; INDICIBUS ORDINARIIS VEL ETIAM ANALYTICIS, SINGULOS SIVE TOMOS, SIVE AUCTORES ALICUIUS
MOMENTI SUBSEQUENTIBUS, DONATA; CAPITULIS INTRA IPSUM TEXTUM RITE DISPOSITIS, NECNON ET TITULIS
SINGULARUM PAGINARUM MARGINES SUPERIOREM DISTINGUENTIBUS SUBJECTANQUE MATERIAM SIGNIFI-
CANTIBUS, ADORNATA; OPERIBUS CUM DUBIIS, TUM APOCRYPHIS, ALIQUA VERO AUCTORITATE IN
ORDINE AD TRADITIONEM ECCLESIASTICAM POLLENTIBUS, AMPLIFICATA;

DUCENTIS ET QUADRAGINTA INDICIBUS SUB OMNI RESPECTU, SCILICET, ALPHABETICO, CHRONOLOGICO, ANALYTICO,
ANALOGICO, STATISTICO, SYNTHETICO, ETC., OPERA, RES ET AUCTORES EXHIBENTIBUS, ITA UT NON SOLUM
STUDIOSE, SED NEGOTIIS IMPLICATO, ET SI FORTE SINT, PICNIS ETIAM ET IMPERITIS PATRANT OMNES
SS. PATRES, LOCUPLETATA; SED PRÆSENTIM DUOBUS IMMENSIS ET GENERALIBUS INDICIBUS, ALTERO
SCILICET RERUM, QUO CONSULTO, QUIDQUID NON SOLUM TALIS TALISVE PATER, VERUM ETIAM
UNUBUIQUE PATRUM, ABSQUE ulla EXCEPTIONE, IN QUODLIBET THEMA SCRIPSERIT, UNO
INTUITU CONSPICIATUR; ALTERO SCRIPTURÆ SACRÆ, EX QUO LECTORI COM-
PERIRE SIT OBIIVM QUINAM PATRES ET IN QUIBUS OPERUM SUORUM LOCIS
SINGULOS SINGULORUM LIBRORUM SCRIPTURÆ VERSUS, A PRIMO GENESEOS
USQUE AD NOVISSIMUM APOCALYPSIS, COMMENTATI SINT :

EDITIO ACCURATISSIMA, CÆTERISQUE OMNIBUS FACILE ANTEPONENDA, SI PERPENDANTUR CHARACTERUM NITIDITAS,
CHARTÆ QUALITAS, INTEGRITAS TEXTUS, CORRECTIONIS PERFECTIO, OPERUM RECUSORUM TUM VARIETAS
TUM NUMERUS, FORMA VOLUMINUM PERQUAM COMMODA SIBIQUE IN TOTO PATROLOGIÆ DECURSU CONSTAN-
TIS, SIMILIS, PRETTII EXIGUITAS, PRÆSENTINQUE ISTA COLLECTIO UNA, METHODICA ET CHRONOLOGICA,
ORIENTIUM FRAGMENTORUM OPUSCULORUMQUE HACTENUS HIC ILLIC SPARSORUM, VEL ETIAM
INEDITORUM, PRIMUM AUTEM IN NOSTRA BIBLIOTHECA, EX OPERIBUS ET MSS. AD OMNES
ÆTATES, LOCOS, LINGVAS FORMASQUE PERTINENTIBUS, COADUNATORUM,
ET EX INNUMERIS OPERIBUS TRADITIONEM CATHOLICAM CONFLANTIBUS, OPUS UNICUM MIRABILITER EFFICIENTIUM.

SERIES GRÆCA POSTERIOR

IN OUA PRODRUNT PATRES, DOCTORES SCRIPTORESQUE ECCLESIAE GRÆCÆ AB APO PHOTIANO AD
CONCILII USQUE FLORENTINI TEMPORA, ET AMPLIUS, NEMPE MORTEM CARDINALIS BESSARIONIS.

ACCURANTE J.-P. MIGNÈ,

Bibliothecæ cleri universæ,

SIVE CURSuum COMPLETORUM IN SINGULOS SCIENTIÆ ECCLESIASTICÆ RAMOS EDITORE.

PATROLOGIA, AD INSTAR IPSIUS ECCLESIAE, IN DUAS PARTES DIVIDITUR, ALIAM NEMPE LATINAM, ALIAM GRÆCO-LATINAM.
AMBÆ PARTES JAM INTEGRE EXARATÆ SUNT. LATINA, 222 VOLUMINIBUS MOLE SUA STANS, 4110 FRANCIS VENIT: GRÆCA
DUPPLI EDITIONE TYPIS MANDATA EST. PRIOR GRÆCUM TEXTUM UNA CUM VERSIONE LATINA LATERALI COMPLE-
CTITUR, ET 104 VOLUMINA IN 109 TOMIS, PRO PRIMA SERIE, NON EXCEDIT. POSTERIOR VERSIONEM LATINAM TANTUM
EXHIBET, IDEOQUE INTRA 55 VOLUMINA RETINETUR. SECUNDA SERIES GRÆCO-LATINA AD 58 VOLUMINA TANTUM ATTIN-
GIT; DUM HUIUS VERSIO NERE LATINA 29 VOLUMINIBUS EST ABSOLUTA. UNUMQUODQUE VOLUMEN GRÆCO-LATINUM 8,
UNUMQUODQUE NERE LATINUM 5 FRANCIS SOLUMMODO ÆNITUR: UTROBIQUE VERO, UT PRETTII HUIUS BENEFICIO
FRUATUR EMPTOR, COLLECTIONEM INTEGRAM, SIVE LATINAM, SIVE GRÆCAM COMPARET NECESSE ERIT; SECUS ENIM
CUIUSQUE VOLUMINIS AMPLITUDINEM NECNON ET DIFFICULTATES VARIA PRETTIA ÆQUABUNT. IDEO, SI QUIS TANTUM EMAT
LICET INTEGRE, SED SEORSIM, COLLECTIONEM GRÆCO-LATINAM, VEL EANDÈM EX GRÆCO LATINE VERSAM, TUM QUODQUE
VOLUMEN PRO 9 VEL PRO 6 FRANCIS SOLUM OBTINEBIT. ISTÆ CONDITIONES POSTERIORI PATROLOGIÆ LATINÆ SERIEI,
PATRES AB INNOCENTIO III AD CONCILIUM TRIDENTINUM EXHIBENTI, APPLICABUNTUR. PATROLOGIA QUÆ MANUSCRIPTIS
IN BIBLIOTHECIS ORBIS UNIVERSI QUIESCENTIBUS CONSTABIT, NECNON PATROLOGIA ORIENTALIS, CONDITIONIBUS SPE-
CIALIBUS SUBICIANTUR, ET IN TEMPORE SUO ANNUNTIABUNTUR, SI TEMPOS EAS TYPIS MANDANDI NOMIS NON DEFUERIT.

PATROLOGIÆ GRÆCÆ TOMUS CL

GREGORIUS PALAMAS. CONSTANTINUS HARMENOPULUS. THEOPHANES NICÆNUS. ALII.

EXCUDERATUR ET VENIT APUD J.-P. MIGNÈ, EDITOREM,
IN VIA DICTA THIBAUD, OLIM D'AMBOISE, PROPE PORTAM LUTETIÆ PARIORUM VULGO
D'ENFERE NOMINATAM, SEU PETIT-MONTROUGE, NUNC VERO INTRA MŒNIA PARISIENSIA.

282
M582^p
t.150



TRADITIO CATHOLICA.

SÆCULUM XIV. ANNI 1345-1350.

ΓΡΗΓΟΡΙΟΥ
ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΘΕΣΣΑΛΟΝΙΚΗΣ,
ΤΟΥ ΠΑΛΑΜΑ,
ΤΑ ΕΥΡΙΣΚΟΜΕΝΑ ΠΑΝΤΑ.

GREGORII PALAMÆ,
THESSALONICENSIS ARCHIEPISCOPI,
OPERA OMNIA

THEOLOGICA, HOMILETICA, HAGIOGRAPHICA, POLEMICA, ASCETICA.

ACCEDERUNT

GREGORII SINAITÆ, CONSTANTINI HARMENOPULI NOMOPHYLACIS, MACARII CHRYSOCEPHALI
PHILADELPHIENSIS METROPOLITÆ, JOANNIS CALECÆ CPOLITANI PATRIARCHÆ, THEOPHANI NICENI
ARCHIEPISCOPI, NICOLAI CABASILÆ THESSALONICENSIS,

QUÆ SUPERSUNT.

ACCURANTE ET DENUO RECOGNOSCENTE J.-P. MIGNE,
BIBLIOTHECÆ CLERI UNIVERSÆ,

SIVE

CURSUM COMPLETORUM IN SINGULOS SCIENTIÆ ECCLESIASTICÆ RAMOS EDITORÆ.

GREGORII TOMUS PRIOR, CÆTERORUM TOMUS UNICUS.

EXCUEBATUR ET VENIT APUD J.-P. MIGNE EDITOREM,
IN VIA DICTA THIBAUD, OLIM D'AMBOISE. PROPE PORTAM LUTETIÆ PARISIORUM VULGO
D'ENFER NOMINATAM, SEU PETIT-MONTROUCE, NUNC VERO INTRA MUENIA PARISIINA.

1865

459012

TRADITIO CATHOLICA.

SÆCULUM XIV. ANNUS 1345-1350.

ELENCHUS

AUCTORUM ET OPERUM QUI IN HOC TOMO OL CONTINENTUR.

CONSTANTINUS HARMENOPULUS.		<i>Operum Gregorii Palamæ argumenta ex codd. Coislis.</i>	709
<i>De Const. Harmenopuli ætate, vita et scriptis editis et ineditis.</i>	9	<i>De Gregorio Palama Græcorum Sententiæ. Insunt: Gregorii Acindyni Iambi; Andreæ Colossensis Dialogus; Joannis Cpolitani tomus; Anonymi (sed Constantini Harmenopuli) de hæresibus Palamæ; tomus condemnationis ejusdem, sermo patriarchalis quo præscribuntur Palamas et ejus fautores; Simeonis, Xerocerci monasterii abbatis, ex libello de sobrietate et attentione in gratiam Hesychastarum, seu Umbilicanimorum, scripto; patriarchæ Cpolitani tomus contra Synodum Palamitarum; Davidis monachi relatio de dissidio Barlaami et Palamæ.</i>	843
<i>Const. Harmenopuli libellus de opinionibus hæreticorum qui singulis temporibus existiterunt.</i>	19	GREGORII PALAMÆ OPERA.	
<i>De fide orthodoxa.</i>	29	Theophanes, sive de divinitatis et rerum divinarum communicabilitate et incommunicabilitate.	909
<i>Narratiuncula de tribus tomis synodicis in quibus omnes adversus imperatoriam majestatem turbarum aut rebellionis duces eorumque adjutores et consilii anathemate percutiuntur.</i>	41	Prosopopœiæ, id est Dialogus Corporis et Animæ coram iudicibus causam dicentium. Latine col. 959, Græce col. 1517.	959
<i>Contra Gregorium Palaman.</i>	43	Vita S. Petri Athonitæ; præmittitur Conr. Janningi Commentarius.	989
<i>Epitome canonum.</i>	45	Anthonii Bortoli <i>Monitum in Palamæ scripta ascetica</i> τὰ φιλοκαλία τῶν ἱεσῶν Νηπτικῶν, Venetiis 1782 edita.*	1041
MACARIUS CHRYSOCEPHALUS PHILADELPHIENSIS METROPOLITA.		De passionibus, virtutibus, et mentalis quietudinis fructibus, ad Xenam sanctimoniam.	1043
<i>Oratio in Exaltationem venerandæ et vivificæ Crucis.</i>	173	Decalogus Christianæ legis	1089
<i>Præcemia ad Commentarios in novum Testamentum.</i>	229	De Hesychasti.	1101
<i>De universalis Orthodoxiæ solemnitate ob restitutum sacrarum imaginum honorem.</i>	241	De oratione et puritate cordis.	1117
<i>Ἐκδόσιον sive Florilegium (Excerpta).</i>	245	Capita CI. physica, theologica, moralia et practica.	1121
JOANNES CALECA CPOLITANUS PATRIARCHA.		Magioriticus tomus pro Hesychastis, cui inter alios subscribitur et monachorum minimus Joasaph, quondam Joannes Cantacuzenus imp. Cpolitanus.	1225
<i>Joannis Calecæ homiliarum ineditarum Index ex Montefalconii Bibl. Coislis.</i>	249	<i>Notitia in Gregorii Sinaitæ opuscula ascetica.</i>	1257
<i>Homilia in Dominicam ante Exaltationem crucis.</i>	255	Gregorii Sinaitæ capita de ascési per acrostichidem.	1261
<i>Homilia in tertiam Juniorum Dominicam.</i>	265	Ejusdem capita a ia.	1269
THEOPHANES NICÆNUS ARCHIEPISCOPUS.		Ejusdem de quiete et oratione; item de signis gratiæ et erroris; et quæ sit differentia fervoris et orationis; et quod sine duce facile superveniat error.	1503
<i>Monitum Editorum, in quo vera Theophanis ætas statuitur contra Pontii a Leone sententiam, qui an. 1598 ejus opera Græc. Lat. edidit.</i>	279	De quietudine et duobus orationis modis.	1513
<i>Theophanis Epistolæ.</i>	287	Quomodo oporteat sedere hesychastam ad orationem, nec cito assurgere.	1529
NICOLAUS CABASILA, THESSALONICENSIS METROPOLITA.			
<i>Ejus vita, res gestæ, scripta.</i>	355		
<i>De divino altaris Sacrificio. Præmittitur Gentiani Herveti interpretis ad lectorem admonitio.</i>	363		
<i>De vita in Christo libri septem: Latine ex ed. Jacobi Pontani; Græce in D. W. Gass Die Mystik des Nikolaus.</i>	491		
<i>Sermo contra feneratorum, ex Davidis Hoeschellii editione, cujus lacunas supplevimus ope codd. Paris. 970 et 1215.</i>	727		
<i>Laudatio sanctæ myroblytiæ Theodoræ, sanctimonialis Thessalonicensis, cum prævio Danielis Papebrochii commentario.</i>	719		
GREGORIUS PALAMAS THESSALONICENSIS METROPOLITA.			
<i>Notitia ex Bibliotheca Fabricii ed. Hartesii.</i>	771		

* Propter materiæ cognationem Palamæ Ascetis ex eodem libro subjecimus etiam Gregorii Sinaitæ opuscula ejusdem argumenti, qui Palamæ comvu. existit. Hæc omnia huc usque præ ineditis ab omnibus bibliographis habebantur; nullas enim Philocatiæ editionem novit, cujus exemplaria omnia Venetiis in Orientem transmissa sunt.

CONSTANTINUS HARMENOPULUS.

NOTITIA.

(Fabric. Harl. Biblioth. Gr. t. XI.)

Constantinus Armenopolus ad medium duodecimum sæculum refertur a multis, et nominatim a Caveo (1) et a Petro Bælio (Réponse aux questions d'un provincial, t. I ch. 53, p. 482); quare hoc etiam capite illi locum dare volui. Verius tamen est, medio sæculo decimo quarto demum illum floruisse, ut ex jam dicendis patebit. Natus est circa ann. 1320 Cpoli (2) patre Curopalata, matre Muzalona Jo. Cantacuzeni imp. consobrina. Ad decimum sextum annum ætatis liberalibus Græcorum disciplinis a Philastro monacho studita institutus, post auditum Leonem monachum (3) ad annum usque vicesimum Latinis litteris navavit operam sub Aspasio monacho Calabro, quem ad id pater Constantini magna mercede ex Italia conduxerat. Hinc ad jurisprudentiam se contulit doctore Simone Attaliata, pronepote Michaelis Illius, cui Juris Compendium Græci debent. Eo magistro velocissimi ingenii juvenis ad eam sapientiæ famam pervenit, ut duodecicesimo ætatis anno antecessoris nomen meruerit, quod non nisi senibus principes Græci et legum stipendia emeritis plurima concedebant. Tricesimo ætatis anno Judex Dromi, quod civilium dicastarum supremum tribunal fuit, renuntiatus, et inter consiliarios ascitus principis (4), quos inter primum locum obtinuit minimus omnium ætate, tanta cum integritatis et sapientiæ gloria id muneris exsecutus est, ut, Cantacuzeno e solio, quod occupaverat, deturbato (5), nullam fortunæ aut dignitatis mutationem sit passus, quum, patre defuncto, auctus honoribus, Sebastus et Curopalata ad Cæsarem (6) propius accedere jussus sit. Opibus, dignitatibus, opulentoque Bryennii conjugis matrimonio felix ad legum interpretationem se contulit, tanta ubique et gravitate et eruditione, quantam nobis ubique ingerunt ejus in *Digestum* (7) ac *codicem* luculentissimi *Commentarii*, *Explanationes Novellarum*, *Prochiron juris utriusque*, aliaque, quæ passim Latinis Ictis ad auctoritatem præsentissimam evocantur, quæque tantis Græcis habita sunt, quanti olim præcis Latinis effata Scævolar, Pauli, Cui, Ulpiani, aliorumque hujusmodi, quorum in jure summa auctoritas. *Sapientissimum* appellatum a Michaeli Balsamone (8), *peritissimum legum* a Nicolao Cabasila (9), *Os jurisprudentiæ* antonomastice, et *Jurisconsultum xax' έξοχην* a Nilo Rhodio (10), et ab ipso Philotheo (11) patriarcha Cpol. *Thesaurum Nomicum*, discas ex pluribus virorum hujuscemodi monumentis. Circa quadragesimum ætatis annum canones attigit, cum *præfectus Thessaloniciæ* summo cum *Nomophylaci* imperio per otium amavit sacra tractare, ea diligentia et fide, ut inter canonistas Græcos principem locum, judice Nicolao Comneno, obtineret, et Nilo Rhodio vocetur, *διδάσκαλος καὶ κανόνων έρμηνευτής ανεπληγτος*, suffragante Georgio Coressio Additionibus ad *bibliothecam Photii* et Christophoro Campana Chio, *Canonarcha de vi canonum*, scholio ultimo. Diem obiit supremum Cpoli ann. 1380, vel 1383 (FABR.). Vindobonæ in cod. Cæsar. 11 n. 8, est Philothei testimonium de ætate Constantini Armenopuli. V. Lambec. VI, part. 1, p. 87 sqq. ibique Kollarii not. p. 89 sq. Id testimonium Lambec. exhibet integrum (quod Fabric. postea in sect. 2 repetiit), ex eoque docet Constant. Harmen, qui in eo vocatur *nomophylax sacri imperatoris secreti et judex urbis Thessalon.* composuisse *Promptuar. juris civil.* et *Epitomen juris canon.* sub imperio impera-

(1) In *Hister. litter. SS. Eccl.*, tom. II, p. 226, ad ann. 1150, ed. Basil. Sed Caveum jam refutavit Tenzel in *Monatlichen Unterredungen*, etc., m. cit. 1690, 8, p. 967. (HARL.)

(2) Accuratam hanc de Armenopulo notitiam debeo Nicolao Comneno Papadopoli, p. 143. *Prænotionum mystagog.* editarum Neapoli 1695, fol. Comnenus testatur se usum Georgii Coressii et Maximi Planudæ Paralipomenis ad *Bibliothecam Photii*.

(3) Hunc, cum non diu post archiepiscopum Mytilenæum fuisse constat, Nic. Comnenus eundem putat fuisse cum Leone Magentino, cujus commentarii in scripta Aristotelis exstant.

(4) Joannis Cantacuzeni imp.

(5) Ann. Christi 1355.

(6) Joannem Palæologum

(7) De his Armenopuli scriptis partim adhuc ineditis plura dixisse se Comnenus testatur in opere, quod inscripsit *Græciæ Sapientis testimonium*. Illud non vidi.

(8) In Anaphora III, c. 5.

(9) In quæst. de matrimonio, apud Christoph. Campanam Canonarcham.

(10) In Sylloge canonum ad canones concilii Cpol. sub Cantacuzeno.

(11) Orat. 2, de pace Christi.

triciis Annæ Palæologinæ, hujusque filii, Joannis Palæologi ann. a creato mundo 6853, h. e. ann. Chr. 1345, et retractat, aliorum olim secutus rationes, sententiam antea libro v Comment. in Indic. 1, p. 688 sq., et 771 (sed v. Kollar. *ibid.*, p. 333) prolatam, rejicitque opinionibus Theod. Ad. Svalenberg. (V postea ad sect. 1), Marquardi Freheri in *Chronologia*, præfixa Juri Græco Romano, ac Josephi Mariae Suaresii in *Notitia Basilicorum* (12), qui ætatem Constantini Harmen. alligarunt a. C. 1143 (quos etiam secutus est Burc. Gotthelf. Struv. in *Historia juris*, lenæ 1718, 4, p. 341 ac 605); atque Jac. Gothofredi, in *Manuali juris* (p. 79, edit. 41 Genev. 1710, 12); ac Philippi Labbei in *Biblioth. chronolog. SS. Eccles.*, qui illius ætatem retulerunt ad ann. Chr. 1150; Christfr. quoque Waechterus in *Opusc.*, p. 591, vulgarem sententiam amplexus, Harmenopulum jam sæc. XII vixisse contendit, sed ideo notatus a Troitzio in præfat. ad Waechleri *Opusc.* p. 75 aliique. *Id.* ad fin. sequentis paragraphi 2. — Contra de ætate ejus cum Fabricio consentiunt Oudin. in *Comment. de SS. Eccles.* tom. III, p. 924, ad ann. 1340; Hamberger in *Zuverläss. Nachricht.*, t. IV, p. 613 sq.; Saxius, in *Onom. tit.*, part. II, p. 363 sq., ad ann. 1345, qui præterea plures viros doctos præcipue scriptores *Histor. juris* de eo laudat; Sammet, in *Opusculis*, Lips. 1763, 4, p. 30; — Jo. Aug. Bachius, in *Illst. jurispr. Rom.*, et Aug. Corn. Stockmann. in *Not. ad illam*, p. 655 sq. ed. quintæ; Pohl. ad Suares. l. c. p. 16, qui pag. 17 sqq. editiones recenset; et Car. Frid. Zepernick ad Caspar. Achat. Beck. *De Novellis Leonis Augusti*, etc., Halæ 1779, 8, p. 22 sqq. *Add. meam* *Introduct.*, etc., II, part. 1, p. 539 sq. et *Supplementa* ad illam, II, pag. 61 sq. (HARL.)

Constantini Harmenopuli scripta edita.

1. Ἐξάβιβλος, sive Πρόχειρον νόμων, *Promptuarium juris civilis* in sex libros, titulos LXXXII divisum, quod una cum *Ecloga legum georgicarum ex jure Justiniano*, Græce cura Theodorici Adamæi Svalenbergii lucem vidit Parisiis apud Christianum Wechelium 1540, -4, Latine vertit D. Bernhardus a Rey Colon. 1547, 8, apud Martium Gympticum, et ex secunda recognitione *ibid.* apud Gualtherum Fabricium 1556, 8. Et cum Enechiridio usuum feudalium per interpretem additæ, 1566, 8. Accuratus deinde et elegantius, additis etiam scholiis. Joannes Mercerus, cum præfatione ad Michaellem Hospitalium, Lugd. 1656, 4; et Lausanæ, apud Franciscum le Preux, illustr. D. Bernensium typographum 1580, 8. Hinc Græce et Latine cum Merceri versione et scholiis, et paratillis Dionysii Gothofredi et variarum lectionum libello ex codicæ ms. Jacobi Lectii; et nomenclatore Græcarum dictionum juris ad Harmenopulum, Genev. 1587, 4. [Constantini Selectæ præceptiones de agricultura, Latine, per Jan. Cornarium, Basil. 1538, 8. (in *Cat. bibl. Leidens.* pag. 142.) Posthæc edituri erant Harmenopuli *Promptuarium* Henr. Ernstius. Abr. Haverkampius, qui edidit *Specimen juridicum ad Constantini Harmenopuli Promptuarii lib. II, tit. 4, § 34*, Lugd. Batav. 1738, postea a Gerh. Oelrichs, *Theo. diss. jurid.* vol. I., tom. III, p. 43, insertum; et Dav. Ruhnken. Sed horum conatus fuerunt irriti. Quo facto Ger. Meermann. persuasit Gul. Otton. Reitzio, ut curam novæ editionis susciperet, eique, operam suam ad hunc laborem profligandum pollicito, suppeditavit, quotquot ipse collegerat in Græcum interpretem, subsidia tum codd. mss. tum collationum, tum animadversionum, ab eruditissimis viris profectarum. Reitzio: igitur duobus codd. MSS. aliisque subsidiis usus textum Græc. restituit atque emendavit, novam eamque elegantiore versionem confecit et nomenclatorem Græcum Gothofredi editioni adjectum auxit. Quia vero Reitzius cum vix ad finem opus perduxisset, et præfationi ultimam adnovisset manum, animam efflavit: ejus filius, Carolus Conradus, a Meermanno rogatus, secundum schedas paternas opus absolvit, quod post mortem Ger. Meermanni tandem hujus filius Jo. L. B. de Meermann edidit *Supplemento novi thesauri civilis et canonici, Hæc Comitum*, 1780 fol. init. cum inscriptione: *Constantini Harmenopuli Manuale legum, nem leges agrariæ ex variis codd. emendavit atque auxit; nova versione Latina adornavit; notasque et observat. compturium eruditorum, tam editas* (n. Bern. a Rey, Jo. Mercerii et Diod. Gothofredi), *quam ineditas, ut et suas, adjecit, nec non I. G. Sammet Diatribam de Hypobolo subjunxit Gul. Otto Reitzius.* Textui Gr. a pag. 1 subjecit lectionum varietatem, scholia vetera atque eruditorum animadversiones; in præfatione autem uberius recenset subsidia, quibus ad emendandum æque ac illustrandum Manuale usus est. Ea autem fuerunt duo codd. Meermanniani, ineditus commentar. Eman. Soarez a Ribeira; obs. et collationes ad codd. anecdotæ A. Peuzæ, Ant. Contii, Gerh. Falkenburgii, Jas. Cujacii, Jos. Scaligeri, Claud. Salustii, Abr. Haverkampii et Jo. Dan. Ritteri, quorum ultimis lectiones varr. et loca ictorum exscripsit ex Harmenopulo Cujacii, quem servat bibliotheca Senatus Lipsiensis, hisque suas addidit observat. pag. vi, præfat. ex cod. Meermann. integro vetus Πρόχειρον νόμων in 40 tributum titulos continente, locum, ad initium Ἐποθεωπίας Harmenop. § 18, pertinentem, cum tabula titulorum, Gr. et Lat. cum Vavassoris, illud edituri, suisque notis inseruit, et pag. ix animadverit, hoc Πρόχειρον non aliud esse, ac cujus titulos J. H. Majus in *Bibl. Uffenbachiana*, p. 1, p. 522, exhibuit, in quibusdam tamen differre; tum pag. xiii sqq. repetuntur superiorum editionum Dedicaciones ac Præfationes. Sammeti Diatribæ excipiunt, p. 386 sqq. *leges agrariæ*, ex quatuor codd. Meermannianis emendatæ, Gr. et Lat. cum notis Reitzii et aliorum. Ex indice nominum propriorum de *Magistri*

(12) V. pag. 16 ed. Pohl. qui in not. plura et certiora de Const. Harmen. scripsit.

Ῥωμαϊκῶν, citatis ab Harmenopulo in Prolegom. p. 6, adhuc observo, Gothofredo in nota aliisque videri, illum fuisse eundem cum Cosma, officiorum magistro sub Romano seniore, et a Ῥωμαϊκῶν scriptore diversum, sed jam dissensit Salmasius et ita jam Suallenberg. in epist. delicat. p. xiv sq. ed. Reitz judicavit, et Reitzio verosimile est, hujus *Magistri* nomen non honoris titulum, sed *κύριον ὄνομα* familiae fuisse, etc. Fabricius noster infra in vol. XII, p. 429 sqq. recudi fecerat partem Præfationis Harmenopuli, qua rationes, ob quas post Basilii Constantini et Leonis manuale legum aliud ipse novum composuerit, exponit. Illa quidem pars h. l. rectius resumenda fuerat; at, quoniam in Reitzii edit. p. 6 sqq. et emendator et notis multis instructa legitur, eam et h. l. et infra in vol. XII excludendam esse (vixi. HARL.) — Germanice Harmenopuli *Hand-Buch und Auszug Kayserlicher und Bürgerlicher Rechte, D. Justo Goblere* interprete Francof. 1566, 1576 fol. MS. hoc opus in variis bibliothecis, ut Cæsarea, Lambec. VI, pag. 45 (45), Coislinaiana pag. 218, etc. Privata quidem auctoritate sed singulari studio concinnatum fuit ab Harmenopulo hoc Promptuarium, compendiumque juridicum, supplens et emendans defectus veteris *προχείρου*, quod in XI (14) tributum titulos auspiciis Basilii Macedonis, Constantini Porphyrogenetæ et Leonis Sapientis pridem compositum ipse commemorat: explanationibus etiam succinctis, quibus leges adductas principum et jurisconsultorum veterum responsa illustrat, illud locupletavit, quas Mercerus atque Gothofredus et minori typonum caractere et præposito *σχόλου* vel *ἐπεξηγήσεως* titulo solent distinguere.

2. Ἐπιτομή τῶν θεῶν καὶ τερῶν κανόνων. Epitome divinarum et sacerorum canonum (tributa in sectiones sex, 1) de episcopis, 2) de presbyteris, diaconis, subdiaconis atque ex oreistis, 3) de clericis, 4) de monachis et monasteriis, 5) de laicis, 6) de mulieribus.) *Πρόχειρον* juris canonici vocat Nic. Comnenus, p. 219 *Prænot. mystagogiar.* Cum Scholiis Citrensis τοῦ Κίτρου, qui p. 41 nominatur, et Philothei (qui patriarcha CPol. fuit ann. 1354 et ab ann. 1362 ad 1376) Græce et Latine prodiit in Marquardi Freheri *Jure Græco Romano* lib. I. p. 1-71, ex Græco Jo. Sambuci codice, adjuncta Latina Jo. Leunclavii versione. Francof. 1696 fol. Hæc Epitome in aliquot codicibus Cæsareis exstat manu exarata, teste Lambecio V, p. 160; et VI, pag. 35, ac 37 (15), quos cum editis conferri, postremum præcipue, operæ pretium fuerit. Ex eodem [p. 87 sqq. Koll.] et Nota Philothei adjecta non licet de ætate Harmenopuli dubitare, quam ideo hic etiam ascribere haud gravabor: Τὸ παρὸν ὅλον τοῦτο βιβλίον τῶν τε θεῶν καὶ φιλευσεβῶν νόμων καὶ τῶν τερῶν καὶ θεῶν κανόνων συνετέθειτο πολὺ πόνου, καὶ οὕτως ὠργανώθη παρὰ τοῦ πανσεβαστοῦ νομοφύλακος τοῦ εὐαγοῦς βασιλικοῦ σεκρέτου καὶ κριτοῦ τῆς Θεοσώστου πλῆτου Θεσσαλονίκης κυροῦ Κωνσταντίνου τοῦ Ἀρμενοπούλου ἐπὶ τῆς βασιλείας τῆς εὐσεβ-

(15) Sive p. 83 sqq. ed. Kollarii, in cod. 41 n. 2 et n. 3 exstat ejusd. Harmenopuli *Ectoga legum georgicar.* ex jure Justiniano; ibid. p. 34, n. 8, cod. 2; et p. 40, n. 15, cod. 3; ac p. 71, n. 5, cod. 7; p. 84, n. 3, cod. 11; pag. 99, n. 2, cod. 12, vol. VIII, p. 902, n. 7, cod. 47, sunt eadem *Leges georgicæ.* Ibid. pag. 43, vol. VI, n. 22, cod. 3, ex titulo quarto libri secundi Promptuarii, § 31, de ἀμμοδαρῶς *s. oleariis*, ubi Lambec, et Kollar. de significatione voc. Græc. barbari Ἀμμοδαρῶς plura afferunt. Add. Reitzii ind. Græc. ad promptuar. h. voc. et not. ad II, 4, § 20, p. 422. — Ibid. pag. 56, n. 7, cod. 9 (ubi consules Kollar. notam), excerpta quædam *Miscell. de officiis magistratuum ac judicium*; ibid. p. 76, n. 1; cod. 10, p. 83, n. 2, cod. 11; ac p. 99 n. 2, cod. 12 ac vol. VIII, pag. 1007, n. 12, cod. 53. *Promptuarium* — Locus quidam de formula loquendi ἐπὶ σεκρέτου apud Harmenopulum a Lambecio, rectius *vero præfectus tribunali dicasterioque* a Kollario in vol. IV, pag. 76 sqq. explicatur. — In vol. II, p. 922, n. 4 cod. 449, *Georgii Critonii seu Critonæi*, olim professoris Parisiensis Præfat. in *Harmenopuli titulum de iudiciis.* — Venetiis, in bibl. Marc. cod. 482 et 485 est *Promptuarium*, adjecta *Donatione Constantini M.*; item *Ectoga legum georgicarum* et alia Harmenopuli opera. — (Ead. Opusc. in cod. Baroc. 440) In cod. Jo. Mori 281 sive u. 9467, Cat. Mss. Angliæ, etc. vol. II; Epitomes Juris civilis liber primus, Latine. — Paris. in bibl. publ. codd. duodecim asservatum Harmenop. Promptuarium. V. Iudic. ad vol. II, Cat. Mss. regg. Paris. — Secundum Montfaucon. in *Bibl. bibliothecar. Mss.* exstant

pag. 12 D. in bibl. Vatic. Harmen. Hexabiblos, hi; et officia palatii: pag. 344, E. in bibl. Bodleiana, Manuale legum. — Florentiæ in bibl. Laurent. codd. 49 n. 1, plut. 81, et 85, n. 2, Promptuarium, ac n. 7, Leges georgicæ: quos codd. copiosius recenset Bandin. in Cat. codd. Gr. Laur. 3, pag. 250 et 417. — Mosquæ in bibl. typographæi synod. in 4, *Promptuarium* in codd. 41, 44 et 45 cum appendice quatuor legum, et legg. georgicis. V. Matthæi Notit. codd. Gr. Mosquens. in 8, p. 322, 323 et 324. — Ibid. p. 84, n. 7, in cod. 151 sunt quædam capp. excerpta ex scriptis Harmenopuli. (HARL.)

(14) Conf. Pohl. ad Suaresii *Notitiam Basilic.* p. 7 sqq., p. 14 sqq., præcipue p. 15, not. d, ubi Harmenopuli verba § 20 *Πρόχειρον*; explicatur, et pag. 36 sqq. Id editum esse a Reitzio in Meermannii supplem. jam memoravimus. (HARL.)

(15) Sive p. 357, vol. V, n. 8, cod. 253 ed. Kollar. — In vol. VI, part. 1, p. 79, n. 4, cod. 9, pag. 85, n. 5; cod. 11 a Philotheo, ut Lambec. arbitratur, suppleta et scholiis margin. illustrata; sed conf. Kollarii Notam it. in vol. VIII, p. 995, n. 24, cod. 51; *ibid.*, pag. 4010, n. 20, cod. 53. — Florentiæ in bibl. Laurent. cod. 49, n. 2, plut. 81; et cod. 85, n. 4, plut. 89. V. Bandin. Cat. codd. Gr. Laurent. tom. III, p. 252 et 418. — Venetiis in bibl. Marc. cod. 482. et cod. 580, V. Cat. codd. Gr. Marc. p. 165 et 305. — *Taurini* in cod. 278 1. V. Cat. codd. Gr. Taur. p. 380. — Paris. in oct. codd. bibl. publ. V. Iudic. ad vol. II, Cat. Mss. regg. Paris. p. viii. — Mosquæ in cod. typographæi synod. 20, n. 4, et cod. 41, n. 10, et cod. 44 n. 3. V. Matthæi Notit. citatam p. 315, 322 et 323 sq. — Oxon. in cod. Baroc. 449. — Matriti in cod. reg. 85 fol. 203. V. Mart. Cat. codd. Gr. Matrit. p. 550 sq. (HARL.)

στάτης καὶ φιλοχρίστου Δεσποῦ τῆς ἡμῶν καὶ Αὐτοκρατορίας κυρῆς Ἄννης τῆς Παλαιολογίνης, καὶ τοῦ ἑρασιμωτάτου ταύτης υἱοῦ τοῦ εὐσεβεστάτου καὶ φιλοχρίστου Βασιλέως ἡμῶν καὶ Αὐτοκράτορος Ῥωμαίων κυροῦ Ἰωάννου τοῦ Παλαιολόγου, ἐν ἔτει ἀπὸ κτίσεως κόσμου 5709, Ἰνδικτιῶνος γ'. Hoc est: *Præsens hic totus liber divinarum ac piarum legum et sacramentorum atque divinarum canonum multo labore compositus et ita instructus est ab admodum venerabili nomophylace sacri imperatorii secreti et iudice a Deo servatus urbis Thessalonicae, domino Constantino Harmenopulo, sub imperio piissimæ et Christum amantis dominæ atque imperatricis, dominæ Annæ Palæologinæ, et dilectissimi filii ipsius, piissimi et Christum amantis regis nostri atque imperatoris Romanorum, domini Joannis Palæologi, anno a creatione mundi 6853, indictione decima tertia, sive anno Christi 1545.* Huic suffragatur, quod idem Philotheus in ἀνατροπῇ τῶν γεγραμμένων παρὰ τῷ Ἀρμενοπούλῳ ἀναθεματισμῶν, quam in codice regio 2025 lectam sibi laudat etiam Cangius Glosario in Κρήτης, Harmenopolium velut adhuc spirantem alloquitur his verbis: Ὁ περὶ ταῦτα σοφῆς, σεβαστῆ νομοφύλαξ καὶ καθολικῆ κριτὴ Ἀρμενόπουλε, πῶς οὐ κακείνο τοῖς γεγραμμένοις προσέθηκας; *Cum peritus sis hujusmodi rerum, venerabilis nomophylax et iudex generalis Harmenopule, cur non hoc quoque scriptis adjecisti?* etc. Unde jam in edito ann. 1650 opere *De Synedriis*, lib. 1, cap. 10, pag. 213 sq. Jo. Seldenus monuit, de Harmenopuli ætate aliter esse omnino decernendum, quam viris doctis fuerat hactenus receptum, qui retulerunt ad sæculum duodecimum, ut Marquardus Freherus in *Chronologia Juri Græco-Rom.* præfixa; Josephus Maria Suaresius, in *Notitia Basilicorum*; Jac. Godofredus, in *Manuali juris*; Philippus Labbeus et Casimirus Oudinus, et Ludellies du Pin, *De scriptoribus ecclesiasticis*; Tho. Ittigius, *Præf. ad librum De hæresiarchis*, p. 18; Jo. Doviatius, *Prænot. canon.*, p. 428, aliique.

3. Περὶ ὧν οἱ κατὰ καιροὺς αἰρετικοὶ ἔδοξαν. *De opinionibus hæreticorum, qui singulis temporibus extiterunt.* Incipit: Οἱ περὶ τῶν Ἄρειων. Sine ordine temporis dissevit brevier 1) de Arianis, 2) Macedonianis, 3) Sabellianis, 4) Apollinari, 5) Eutyche et Dioscoro, 6) Paulo Samosetano, 7) Nestorianis, 8) Sergio, Pyrrhoque monothelitis, 9) Origenianis, 10) Petro Fullone, 11) Marcionitis, ac Manichæis, 12) Marcello, Photino et Sophronio, 13) Eunomianis, 14) Novatianis, et 15) Sabbatianis, 16) Montani sectatoribus, 17) Donatistis, 18) Massalianis, qui etiam Enthusiaste et Valentiniani (ita dicti, quod Valentini et Valentis imp. temporibus pullulaverint), denique de Eleuthero Paphlagone atque 19) Rogonitis, οὗ περὶ πολλοῦ τῆς καθ' ἡμᾶς γενεᾶς, non diu ante nostram memoriam. Prodiit ex Jo. Sambuci codice Græce cum Latina Jo. Leunclavii versione ad calcem legationis Man. Comneni ad Armenios Basil. 1578, 8; p. 557—576, et in *Jure Græco-Rom.* Freheri pag. 547, *Francof.* 1596, fol. et in *Auctario Bibl. Patrum* Ducano Paris. 1624, tomo I, et in *Bibl. Patrum*, Morellianæ edit. ann. 1644, 1654 tomo XI; Latine scriptus in cæteris *Bibliothecæ Patrum* editionibus, et ad calcem Honorii *De hæresibus*, Helmsl. 1676, 4 (Fabr.) Codd. hujus libelli exstant Florentiæ in bibl. Laurent. cod. 19, n. 3, plut. 81 et cod. 83 n. 6, plut. 89. Vid. Bandini, cat. codd. Gr. Laur. p. 233 et 418.—Venetiis, in *Bibl. Marc.* codd. 182 et 183; cui adjecta est nota de ætate Harmenopuli; quæ a Fabricio ad sect. 2 adfertur. V. Cat. codd. Gr. Marc. p. 105.—Paris, in bibl. publ. cod. 1355, n. 22.—in cod. 1361. n. 6, et duobus sequent. —Vindobon. in cod. Cæs. 253, n. 2.—In cod. 10, n. 6, et in cod. 51 n. 26. V. Lambec, vol. V. p. 334; VI, part. 1. p. 79, atque vol. VIII, p. 696. (Harl.)

4. Περὶ πίστεως ὀρθοδόξου. *De fide orthodoxa.* Incipit: Πιστεύειν δεῖ τὸν ὄντως Χριστιανόν. Libello de hæresibus subjicitur Græce et Latine in prima editione, p. 576—583; et in omnibus cæteris jam memoratis similiter recusum. In codicibus autem Casareis hæc expositio fidei libello de hæresibus instar præmii præmittitur, ut notat Lambecius VI, pag. 35, 39 (16). Eamdem bis memoriter recitasse dicitur Harmenopulus morti vicinus eo ipso die, quo Cpoli obiit sub Manuele Palæologo Kalendis Martii anno ætatis 63, Christi 1380, vel 1383, ut accuratius a Coressio supputari notat Comnenus pag. 144. In hac *Ecthesi Allatii*, II, 2, *De consensu* § 8, pag. 493, monet contra Harmenopuli mentem addita ab editoribus *Juris Græco-Romani*, pag. 552, verba: Καὶ τοῦ Υἱοῦ, ac *Filio*, ubi de Spiritus Sancti processione sermo est. Quod facile crediderim, licet futilem conjecturam Nic. Comnenus appellet. Certe in prima Leunclavii editione ann. 1578, pag. 578, tantum legitur: Τοῦ συναϊδῶς ἐκ τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς ἐκπορευόμενον.

5. *Donatio Constantini Magni* Silvestro Papæ, ut aiunt, facta, quam ex Græca Harmenopuli versione dedi volum. VI, pag. 5 (17), vulgaverat e Græco codice regio Parisiensi Jul. Cæsar Bulengerus, lib. II

(16) Sive p. 79, n. 5, cod. 9, p. 86 sq. ed. Kollar. in cod. 11, n. 6; it. pag. 99. n. 3, cod. 12, nec non in vol. V, p. 333, n. 1, cod. 253, ubi V. Kollar. et in vol. VIII, p. 696, n. 25, cod. 51.—Florent. in bibl. Laurent. cod. 85, n. 5, p. ut. 89, præmittitur quoque libello de hæresibus, n. 6. V. Bandini. cat. codd. Gr. Laurent. III, pag. 418.—Paris, in bibl. publ. cod. 1355, cum libello de hæreticis et aliis operibus Harmenopuli; in cod. 1360 et tribus sequentibus, in quibus etiam præmittitur libello *De hæreticis*. Præmittitur quoque

in cod. Barocc. 149, et cod. Matrit. reg. 85. V. Iriart. Cat. cod. Gr. Matrit. p. 351, in quo cod. si recte intelligo verba Iriarti, leguntur verba καὶ τοῦ Θεοῦ.—Mosquæ, in cod. 41, n. 11, teste Matthæi in not. codd. Gr. Mosq. p. 322. (Harl.)

(17) Sive vol. VI, p. 698 sqq. nov. ed. ubi in nota I. jam plures citavi codd. mss. Conf. etiam Fabric. infra in vol. XI, p. 352 sq. vet. ed. Editionibus ibid. memoratis addantur: *Constantini donatio* e Græco in Latinum conversa a Bartholomæo Pincerno de Monte Arduo, sine l. et a. 4. V.

De imperio Rom. c. 6. Exstat etiam in colicibus Cæsareis, de quibus Lambecius, V, pag. 244, et VI, pag. 35, 38, nec non in Barocciano bibl. Bodleianæ codice 149.

6. *Tomus contra Gregorium Palamam Græce et Latine editus sine nomine auctoris ab Allatio in Græcia Orthodoxa*, tom. 1, pag. 780 - 785, Rom. 1652, 4. Harmenopulo vindicatus a Nic. Comneno, pag. 144 *Prænotionum Mystagogicarum*. Incipit: Η υὲν παρὰ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ.

Scripta Harmenopuli inedita.

7. *Dissertatio de jejuniis quadragesimalis aliorumque nonnullorum solemnium jejuniorum origine ac ratione*. Incipit: Ἰστέον, ὅτι τὴν ἀγλαὴν καὶ Μεγάλην τεσσαρακοστὴν νηστεύομεν ὡς τοῦ χρόνου ἔλου ἀποδοῦν. MS. in bibl. Cæsarea, Lambec. VI, pag. 37 sq. (Fabr.) Sive p. 84, Kollar. n. 4. cod. 11. (HARL.)

8. Τὰ ὀφφίκια τοῦ παλατίου. Τὰ ὀφφίκια τῆς μεγάλης ἐκκλησίας. *Catalogus officiorum aulæ imperialis et Magnæ ecclesiæ CPollitanæ. S. Sophiæ* id. p. 36, et 40. (Fabr.) In cod. Vindob. 7, n. 10, *Officia Magnæ eccles. CPolis. S. Sophiæ* sine nomine auctoris, V. Lambec. VII, part. 1, pag. 727 sq. qui, hunc catalogum censet diligenter conferendum esse cum aliis ejusdem generis catalogis in Georg. Codini libro *De officiis Magnæ ecclesiæ et aulæ CP. Gr. et Lat. edito*, cum observat. et notis Jac. Gresteri et Jac. Goar. Paris. 1647, fol. et Kollar. adnotat, hoc opusculum Constantino Harmenopulo tribui inferius in cod. X, n. 9. In hoc scilicet occurrit, n. 7 Const. Harmenop. *Catal. officiorum aulæ CP.* n. 9. autem ejusd. *Catal. officiorum Magnæ ecclesiæ CP.* V. Lambec. VI, part. 1, pag. 80 atque 81; Kollar. autem in nota et monet illos catalogos in bibl. Cæsar. pluribus occurrere exemplis, et judicat eos mereri, qui non modo cum aliis conferantur, sed etiam separatim efferrantur in lucem. — Idem duo catalogi in cod. 51, n. 28. V. Lambec. VIII, pag. 996. — ibid. p. 961, n. 4, cod. 48. *Cat. officior. Magnæ eccl. CPol.* sed nomine Harmenopuli omissio. — Bini *Catal.* in cod. Barocc. 149 et Paris. in bibl. publ. codd. 1360, ac tribus sequentibus, et 1386. — Venet. in bibl. Marc. codd. 182 et 183. V. *Cat. codd. Gr. Marc.* p. 105. (HARL.)

9. *Narratiuncula de tribus tomis synodicis* sub imp. Constantino Porphyrogenneto, sub imp. Manuele Comneno et Mich. Palæologo compositis, in quibus anathemate percutiuntur, quicumque contra imperatores seditionem excitant, et per vim aut insidias imperium invadere nituntur vel eorum adjutores et conscii. Incipit: Ἐπὶ τῆς βασιλείας Κωνσταντίνου τοῦ Πορφ., id., p. 35. (Fabr.) Venet. in bibl. Marc. 183. V. *Cat. cit.* p. 105. — Vindobon. in cod. 9, n. 3., et cod. 53, n. 13. V. Lambec. VI, pag. 78 sq. et VIII, pag. 1008, ubi inscribitur: *Harmenop. Epitome decretorum imp. Constantinii Porphyrog., etc., contra deficientes, et, adfectata tyrannide, insidias vel mortem impetratoribus molientes*; atque citatur *Jus Græco-Romanum*, tom. 1, p. 118. In cod. n. 14, subjicitur *Philothæi, patriarchæ CPol. cōmonitio de anathematismis ad Constant. Harmenop. qua probat. decreta illa de tyrannis et insidiis imperatori struentibus, excommunicandis esse abolita*. V. not. Kollar. qui addit, exstare Gr. et Lat. in Freheri. *Jure Græco-Romano*, libr. IV, p. 288. sqq. Eadem Philothæi refutatio anathematismis supra scriptorum exstat in cod. Meermann., cujus præcipuas ab ed. Leunclav. ap. Freher. l. c. diversas lect. enotavit Reitzius in *Supplem. ad Meermann., Novo thesauro*, etc., pag. 374. — *Harmen. narratiuncula* Venetiis in bibl. Marc. cod. 183. V. *Cat. cit.* p. 105 Taurini, in cod. 288, ex quo confector *Cat. codd. Gr. Taur.* pag. 381, illam Gr. et Lat. evulgavit; sed eandem emendatorem ex cod. Matrit. 85 Iriarte, in *Cat. codd. Gr. Matrit.* pag. 350; et Reitzius in *Supplem. ad Meermann.* l. cit. p. 374, Gr. ac Lat. ex cod. Meermann. ediderunt, et Reitzius adnotavit, primam partem, quantum ad Const. Porphyr. jam a Leunclav. tom. 1, p. 118, esse promulgatam, et lectiones interdum differre. (HARL.)

10. *Lexicon*, τοῦ σεβαστοῦ καὶ χριτοῦ Θεσσαλονίκης τοῦ Ἀρμενοπούλου λεξικὸν κατὰ στοιχεῖον περιέχον τὰ κοινῶς γραφόμενα ῥήματα. Cujus pars MS. in bibl. Cæsarea (18). Nescio, idemne, an aliud, quod

Panzer. A. t. IX, pag. 170, n. 87 atque *Donationis, quæ Constantini dicitur, privilegium*; Barthol. Pincerno de Monte Ardo ad Julium II, pont. max. interprete. Laurentii Vallæ. contra ipsum, ut falso creditum et omentum privilegium declamatio; cum Ulrichi Hutteni, equitis Germani, ad Leonem X, pont. max. Præfat.: Nicolaus de Cusa, tit. S. Petri ad vincula, *De donatione Constantini*; Antonius, archiep. Florentin., de eadem re; Hieron. Paulus Gailbalanns, I. M. D. ac cubicularius Alexandri VI, pont. max. de eadem donatione, sine a. l. et typogr. nota, in-8. Hutteni Præfat. subscripta est, ex arce *Steckelberg. Kal. Decembr.* 1517. — Codd. autem laudatis a dle Mosquens. 41 teste Mâtthæi in notit. codd. Gr. Mosq. pag. 322, et cod. Meermann. ex quo lect. a Fabriciano textu in vol. VI cit. diversas

excerpsit et posuit Reitzius in *supplem. ad Meermann. Novum thes. juris civilis et cau.* p. 374. (HARL.)

(18) Conf. supra ad vol. VI, pag. 343 sq., et p. 633, quibus add. cod. Venet. bibl. Marc. 525 (v. *Cat. codd. Gr. Marc.* p. 284). — In Montfauc. *Bibl. biblioth. Mas.* I, pag. 623 E; inter codd. bibl. Scholarii Armenopuli *Proœmium de verborum constructione*; item *Lexicon ordine litterarum*; et pag. 642 E, inter codd. bibl. Bodlei, n. 685 Harmenopuli *Lexicon*: in *Catal.* autem *mas. Angliæ*, etc., I, p. 7 in cod. Barocc. 68, inesse dicuntur *Harmen. Lexicon verborum synonymior.* et ejusdem *Lexicon verborum transitivorum et intransitivorum*: — eadem et *Harmen. proœmium de syntaxi verborum*, in cod. Barocc. 159. (HARL.)

septem folia in quarto implens existit integrum in alio colice, atque inscribitur: Αεξικόν κατά στοιχείον περιέχον τὰ πολυώνυμα τῶν ῥημάτων. Incipit: Ἄγαπῶ, φίλῶ. Vide Nesselium I., p. 398, et IV p. 120. Quod vero ab Dupino, tom. IX *Bibliothecæ scriptor. Eccles.* p. 200, memoratur Harmenopuli Dictionarium, *Dictionnaire de droit civil*, haud diversum est ab ejus *Promptuario sive Prochiro juris*, de quo supra dictum. Vide Bælii *Respons. ad quæstiones hominis e Provincia*, cap. 53, tom I. p. 482 seq.

11. A Nicolao Comneno in *Prænotionibus mystagogicis* præterea subinde citantur Harmenopuli *Scholia in Pandectas*, p. 235, 238, 239, 268, 282, 400; in *codicem*, p. 320, 321, in *Novellas*, p. 322, 388; in *Novellam Leonis*, ibid. et 197; *Libellus de testibus*, p. 403; *Libellus de testimonio quomodo fiat*, quem in suam *Synopsin juris* retulit Thomas Diplovatacius id. 384. *Epistola 21 ad Sclerum*, p. 226. 362. Idem Comnenus observat, Harmenopulum libenter insistere vestigiis Icti inter Græcos celebris Tipuciti, p. 884; et canonum interpretis Theodori Prodromi, p. 364. Multus etiam in eo Comnenus est, p. 144 et 251, ut Harmenopulum Balsamoni præferat, et a schismate Photiano alienum fuisse probet, insultetque Maximo Margonio, Balsamoneum præ illo extollenti. Eumdem Margonium, Harmenopuli *orationes* citantem, refellit pag. 272, negatque orationes ullas aut dixisse vivum, aut fato functum reliquisse. *Ipsæ enim*, inquit, *initio commentariorum suorum in Digestum se infacundum et tardioris pronuntiationis hominem fatetur, eamque causam adfert, ob quam a dicendis causis impendendaque clientibus patrocinio se transtulit ad quietiorem legum meditationem.*

ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΝΟΥ

ΤΟΥ ΑΡΜΕΝΟΠΟΥΛΟΥ

ΣΕΒΑΣΤΟΥ, ΚΑΙ ΝΟΜΟΦΥΛΑΚΟΣ, ΚΑΙ ΚΡΙΤΟΥ ΘΕΣΣΑΛΟΚΙΝΗΣ,

ΠΕΡΙ ὧΝ Οἱ ΚΑΤΑ ΚΑΙΡΟΥΣ ΑἰΡΕΤΙΚΟΙ ΕΔΟΞΑΣΑΝ.

CONSTANTINI HARMENOPULI

SEBASTI, NOMOPHYLACIS, ET JUDICIS THESSALONICENSIS,

DE OPINIONIBUS HÆRETICORUM, QUI SINGULIS TEMPORIBUS EXSTITERUNT.

(Ex Duesii supplem.)

Arlani, Filium Dei creaturam esse dicentes, verbum istud: « Ante me factus est, » quod evangelista Joannes in persona præcursoris et Baptistæ Joannis protulit, male pro eo, ac si diceretur, « Ante me creatus est, » interpretantur. Sed male sentire convincuntur, ex illo sequente verbo: « Quoniam me prior erat. » Omnino enim contrarium dicere debebat, hoc quodam modo: Me prior est, quoniam prior me factus est. Nos autem illud, Ante me factus est, pro eo, ac si diceretur, Gloriosior et honoratior me factus est, recte sentientes accipimus. Refutantur etiam, cum pluribus aliis, tum quod idem Joannes dixerit: « In principio (id est, a principio) erat Sermo, et Sermo erat Deus. » Ibidem et illud, « Omnia per ipsum facta sunt, » quasi per instrumentum quoddam intelligebant; puta serram, aliudve tale. Nos autem hoc ita dictum accipimus, ut loqui solemus, regem

α'. Οἱ περὶ τὸν Ἀρειὸν κτίσμα τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ λέγοντες, τὸ « Ἐμπροσθέν μου γέγονεν, » ὅπερ Ἰωάννης ὁ Εὐαγγελιστὴς ἐκ προσώπου λέγει τοῦ προδρόμου καὶ Βαπτιστοῦ Ἰωάννου, ἀντὶ τοῦ, Πρὸ ἐμοῦ ἐκτίσθη, παρεξηγούνται. Ἐλέγχονται: δὲ κακῶς φρονεῖν, ἐκ τοῦ μετ' αὐτό· Διοτι πρῶτός μου ἦμ. Τοῦναντίον γὰρ πόντως εἰπεῖν ὠφελεῖν, ὅτι Πρῶτός μου ἐστὶ, διότι πρῶτός μου γέγονεν. Ἄλλ' ἡμεῖς τὸ, Ἐμπροσθέν μου γέγονεν, ἀντὶ τοῦ, Ἐνδοξότερος καὶ προτιμότερός μου γέγονεν, ὀρθῶς φρονούντες νοοῦμεν: Ἐλέγχονται δὲ καὶ ἐξ ἄλλων πολλῶν, καὶ ἐκ τοῦ εἰπεῖν τὸν αὐτὸν Ἰωάννην· « Ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ Λόγος, (ὅπερ ἐστὶν, ἐξ ἀρχῆς) καὶ Θεὸς ἦν ὁ Λόγος. » Οἱ αὐτοὶ καὶ τὸ, « Πάντα δι' αὐτοῦ ἐγένετο, » ὡς δι' ὄργανου τινὸς ἐνόησαν· πρόνομος τυχὸν, ἢ ἐτέρου τοιούτου. Ἄλλ' ἡμεῖς, ὡς δι' υἱοῦ φαιμέν τὸν βασιλεῖα τήνδε τυχὸν κτίσασαι πόλιν, οὕτω καὶ τοῦτο νοοῦμεν. Οἱ αὐτοὶ καὶ μονογενῆ τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ λέγουσιν,

ὡς μόνον γενόμενον ὑπ' αὐτοῦ ὡς τῶν ἄλλων ὑπ' αὐτοῦ τάχα τοῦ Χριστοῦ γενομένων. Ἡμεῖς δὲ μονογενῆ τούτων φαμέν, ὡς μόνον ἀρρήτως ἐξ αὐτοῦ πρὸ τῶν αἰώνων ἀπάντων γεγεννημένον. Καὶ ἄλλα πολλὰ τοιαῦτα παρεξηγούνται, τὴν οἰκίαν ἀρεσκῖν συνιστώντες.

β' Οἱ περὶ τὸν Μακεδόνιον δοῦλον καὶ κτίσμα τὸ πνιμάγιον λέγοντες Πνεῦμα, καὶ τὸ παρὰ τῆ Ἰωάννη δῖτον, τὸ φάσκον, καὶ χωρὶς αὐτοῦ ἐγένετο οὐδὲ ἐν, ἐνταῦθα σιζαντες, ἀπ' ἄλλης ἀρχῆς λέγουσιν, Ὁ γέγονεν, ἐν αὐτῷ ζωὴ ἦν, περὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος τοῦτο νοοῦντες· ἡμεῖς δὲ ἀναγινώσκοντες, ὡς ἐν ἀρχῇ προτέτακται, περὶ τοῦ Υἱοῦ τὸ ὅλον εἰρηθεῖαι νοοῦμεν.

γ' Οἱ περὶ τὸν Σαβέλλιον, τὸν Πατέρα, τὸν Υἱόν, καὶ τὸ ἅγιον Πνεῦμα, τὰς τρεῖς ὑποποστάσεις καὶ τρία πρόσωπα τῆς μακαρίας Θεότητος, μίαν ὑπόστασιν καὶ ἐν πρόσωπον ἐδογματίζον· ποτὲ μὲν ὡς Πατέρα, ποτὲ δὲ ὡς Υἱόν, ἔστι δ' ὅτε καὶ ὡς Πνεῦμα φαινόμενον. Ἐλέγχονται δὲ ἐκ τοῦ εἰπεῖν τὸν Ἰωάννην· « Καὶ ὁ Λόγος ἦν πρὸς τὸν Θεόν, » ἀντὶ τοῦ, μετὰ Θεοῦ δύο προσώπων ἐντεῦθεν εἰσαγομένων, καὶ ἐξ ἄλλων πολλῶν εὐαγγελικῶν ῥήσεων.

δ' Οἱ περὶ τὸν Ἀπολλινάριον τὸν Λαοδικέα, ἄνου σάρκα καὶ ἄψυχον προσειληφέναι τὸν Κύριον λέγουσιν ὡς ἀντὶ νοῦ καὶ ψυχῆς, ἀρκούσης αὐτῷ τῆς Θεότητος· παρεξηγούμενοι τὰ, « Καὶ ὁ Λόγος σὰρξ ἐγένετο, » μὴ εἰδότες, ὡς ἡ θεία Γραφή σάρκα τὸν ἀνθρώπων ὀνομάζει ὡς ἔχει καὶ τὸ, « Ὀψεται πᾶσα σὰρξ τὸ σωτήριον τοῦ Θεοῦ. » Οἱ αὐτοὶ καὶ ἐκ τοῦ, « Ἀύσατε τὸν ναὸν τούτου, » συνηγορίαν ἑαυτοῖς πεποιθήσασιν, οὕτω λέγοντες· Ἐἰ ναὸς ἡ σὰρξ τοῦ Κυρίου λέγεται, ἄψυχος δὲ ναὸς· ἄψυχος ἄρα καὶ αὕτη. Οἱ αὐτοὶ καὶ τὴν σάρκα ταύτην ἐκ τοῦ οὐρανοῦ λέγουσι τὸν Κύριον ἔχοντα, ὡς διὰ σωλήνος, οὕτως ἐλθεῖν διὰ τῆς Παρθένου ἐκ τοῦ· « Οὐδεὶς ἀναβέβηκεν εἰς τὸν οὐρανόν, εἰ μὴ ὁ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ καταβὰς, ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ, ὁ ὢν ἐν τῷ οὐρανῷ, » τοῦτο δῆθεν πιστούμενοι, μὴ εἰδότες, ὡς διὰ τὸ ἐν δῖο φύσει μίαν ὑπόστασιν τὸν Χριστὸν ἔχειν, οὕτως εἴρηται τοῦτο.

ε' Οἱ περὶ τὸν Εὐτυχή καὶ Διόσκορον, κατὰ φαντασίαν ἔλεγον τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ ἀνθρώπων γεγενῆναι, μίαν ἔχοντα φύσιν· οὐκ οἶδ' ὅπως νοοῦντες τὸ παρὰ Ἰωάννη· « Καὶ ὁ Λόγος σὰρξ ἐγένετο· » καὶ ἄλλα τοιαῦτα πολλὰ.

ς' Οἱ περὶ Παῦλον τὸν Σαμοσατέα, ψιλὸν ἀνθρώπων τὸν Χριστὸν ἔλεγον, θείας χάριτος, καθάπερ οἱ προφηταί, κατηξωμένον. Ἐλέγχονται δὲ ἐκ τοῦ τὸν Βαπτιστὴν Ἰωάννην εἰπεῖν, ὅτι « Πρῶτός μου ἦν, » κατὰ τὴν προαιώνιον ὑπαρξίν δηλαδὴ· ἐπειδὴ περὶ ὁ Βαπτιστῆς κατὰ σάρκα πρότερος ἦν τοῦ Χριστοῦ. Οἱ αὐτοὶ καὶ τὸ, « Ἐξουσίαν ἔδωκεν αὐτῷ καὶ κρίσιν ποιεῖν, ὅτι Υἱὸς ἀνθρώπου ἔστι, μὴ θαυμάζετε πρὸς αὐτόν· οὕτως ἀναγινώσκουσι· Καὶ ἐξουσίαν ἔδωκεν αὐτῷ καὶ κρίσιν ποιεῖν, ὅτι Υἱὸς ἀνθρώπου ἔστιν.

A per, filium civitatem aliquam condidisse. Iidem et unigenam Dei Filium dicunt, quasi qui solus ab eo factus sit, cæteris ab ipso forte Christo factis. At nos unigenam hunc dicimus, veluti qui solus ex ipso ante omnia sæcula genitus sit. Etiam hujus generis alia plura interpretando depravant, sectæ suæ fidem astruentes.

2. Macedoniani Spiritum sanctum esso servum et creaturam asserentes, in dicto Joannis, « Sine ipso factum est nihil, » puncto post hæc verba collocato, versum alium sic inchoant : « Quod factum est, in eo vita erat, » atque hoc de Spiritu Sancto intelligunt. Nos vero locum illum ita legentes, ut ab initio series ipsa declarat, totum de Filio dictum intelligimus.

3. Sabelliani Patrem, Filium, et Spiritum sanctum, tres illas hypostases, atque tres personas beatæ divinitatis, unam hypostasim et unam personam esse tradebant : quæ nonnunquam Patris, nonnunquam Filii, nonnunquam Spiritus speciem præ se ferret. Sed arguuntur ex eo quod Joannes dixit : « Et Sermo erat apud Deum, » hoc est cum Deo ; unde colliguntur esse personæ duæ, deque pluribus aliis dictis evangelicis.

4. Apollinaris Laodicensis sectatores aiunt, assumpsisse Dominum carnem mentis expertem et inanimam ; ut cui divinitas mentis et animæ loco sufficeret : prave scilicet enarrantes illud, « Et Sermo caro factus est. » Non enim norant, divinas Litteras carnem appellare hominem ; ut in illo quoque dicto, « Aspiciet universa caro salutare Dei. » Quærebant itidem sibi patrocinium ex verbis illis, « Solvite templum hoc, » et ita ratiocinantur : Si caro Domini templum dicitur, et si templum res est inanima, nimirum et ipsa est inanima. Dicunt iidem, Dominum qui carnem hanc haberet e cælo, tanquam per canalem, transiisse per Virginem, idque de verbis illis colligunt : « Nemo ascendit in cælum, nisi qui de cælo est, Filius ille Dei, qui est in cælo. » Sed ignorabant, id propterea sic prolatum, quod duabus in naturis unam Christum haberet hypostasia.

5. Eutycheis atque Dioscori sectatores, Filium Dei dicebant specie tenus hominem esse factum, cum unam naturam habeat : haud scio, quonam modo dictum illud Joannis intelligentes : « Et Sermo caro factus est. » Addebant hujus generis et alia plura.

6. Pauli Samosatæni discipuli Christum dicebant esse purum ac solum hominem, divinæ gratiæ, sicut et prophetas, participem factum. Coarguuntur autem ex Joannis Baptistæ verbis, « Me prior erat, » quatenus scilicet existebat ante sæcula : cum ratione carnis Baptista Christo prior esset. Iidem et illud, « Potestatem ei concessit etiam exercendi judicii, quod Filius sit hominis, id ne miremini : » hoc igitur ita legunt, « Et potestatem ei concessit etiam exercendi judicii, quod Filius sit hominis.

Hic integra distinctione posita, versum alium inchoantes, rursum legunt : « Id ne miremini. »

7. Nestoriani dicebant Christum habere propter virtutem inseparabiliter sibi conjunctum Dei Sermonem : ita quidem, ut in eo Filii duo considerentur ; unus Dei, Virginis alter. Eaue de causa Christiparam, non Deiparam vocabat eam, quæ reapse Deipara est. Verum et hi cum de pluribus aliis dictis coarguuntur, tum de illo, « Sermo caro factus est. »

8. Sergii Pyrrhique complices unam voluntatem, et unam actionem in Christo, qui duabus ex naturis esset, tradebant.

9. Orientiani more paganorum existere animas ante corpora docebant, et finem supplicii nunquam finiendi statuebant, et animas a corporibus nudas resurgere.

10. Petri cognomento Fullonis asæclæ hymno quem Trisagium vocant (quod sancti vox ter in eo repetatur) adjecerunt hæc verba : « Qui crucifixus es propter nos : » passibilem scilicet divinitatem facientes, quæ passionis omnis expers est.

11. Marcionitæ ac Manichæi legislationem Testamenti Veteris mali rerum opificis esse dicunt. Iidem quoties apud ipsos non baptizatus aliquis moritur, sub lectulo defuncti vivo quodam occultato, lectulum odeunt, ac mortuum interrogant, an baptizari velit. Respondet occultatus ab imo, velle, atque ita loco defuncti eum baptizant. Causam rogati, dicunt hoc Apostolum docuisse, cum ait : « Si prorsus mortui non resuscitantur, cur etiam baptizantur pro mortuis? » Sed ignorant, id hoc modo prolatum propterea, quod quicumque baptizantur, in confessione resurrectionis mortuorum ejusque spe baptizentur. Ili Manichæi Christum dicunt deposito in terra corpore, purum solumque Deum in cælum ascendisse. Iidem et mundum, ut malum, et carnem criminantur, ac Dei ab opificio excludunt. Tradunt et duo principia, malum et bonum, sive Deum et materiem. De Testamento Veteri sacrilege loquuntur. Lunam et sidera, cæu deos, adorari jubent. Carnis resurrectionem negant. Animarum de corporibus in corpora migrationem docent. Herbas, et arbores, et aquam, esse res animatas aiunt. Manichæi vero dicuntur, quod dogmata Manis in pretio habeant ; qui se Paracletum appellabat, et Christum specie tenuis conspectum apparuisse dicebat.

12. Marcelli, Photini, et Sophronii sectatores, non contentes sanctam Trinitatem, sed spiritum solum Deum appellantes, ejus Sermonem esse dicant efficacitatem, quæ in prognato de semine David habitasset ; non substantiam, quæ suam habeat hypostasim : male quidem sentientes. Nam Dei Sermo nec is est qui profertur, nec ei similis

† 1 Cor. xv, 29.

A Ἐνταῦθα στίξαντες, ἀπ' ἄλλης ἀρχῆς αὐθις ἀναγε-
νώσκουσι· Μὴ θαυμάζετε τοῦτο.

ζ'. Οἱ περὶ τὸν Νεστόριον, τὸν Χριστὸν ἔλεγον συ-
νημμένον ἀδιασπᾶτως ἐαυτῷ τὸν τοῦ Θεοῦ Λόγον δι-
ἀρετὴν ἔχειν, ὡς δύο Υἱοὺς ἐν αὐτῷ θεωρεῖσθαι, ἕνα
τὸν τοῦ Θεοῦ, καὶ ἕνα τὸν τῆς Παρθένου. Καὶ δια-
τοῦτο καὶ Χριστοτόκον, ἀλλ' οὐ Θεοτόκον τὴν ὄντως
bit. Idem Chrysostomus, in Epistola ad Colossenses, cap. ii, atque alibi, in hanc significationem voce hac usus est. Latini non solum *dispensationem*, Christi incarnationem vocarunt, ut interpres, cap. i, ad Ephesios, illis verbis: *In dispensatione plenitudinis temporum;* et Hilarius, lib. xxii. *De Trinitate*, cum ait: *Sed ut superioribus libris docuimus dispensationem assumpti corporis (hæretici) rapiunt, ad contumeliam Divinitatis;* et infra: *Nec dispensatio afferet errorem.* et passim; sed et *economie* vocem retinuerunt in eundem sensum, Hieronymus in epistola ad Pammachium, et Oceanum, loquens de Apollinari: *Is (inquit) dimidiatam Christi introduxit economiam; ea scilicet ratione, quod divinam personam Christi homini negavit.*

(34) *Contractam.* Recte contractam in Adamo per peccatum imaginem Dei, non vero abolitam, similitudinem vero penitus amissam, dixit Theophanes; nam cum illi supererit intellectualis mens, quam ad sui exemplar creavit Opifex, amissa gratia perditam quidem est similitudo, quæ in innocentia consistebat, et imago ipsa, quæ manserat, ita obscurata atque deformata, ut necessario reformatione indigeret. Sic explicat Augustinus, lib. 2 *Retractationum*, eam sententiam, quam lib. 6. *de Genesi ad litteram*, cap. 27 et 28, in hoc articulo scripserat; ut se liberet ab Origenis errore in Commentario capituli in Genesios, ubi *naturalia* (ut vocant) perditas etiam Adamum docet. Quam hæresin Epiphanius detexit, et improbavit in epistola ad Joannem Hierosolymitanum, ab Hieronymo in Latino sermone converso. Porro de imagine et similitudine, eodem modo, quo diximus, acceptis, theologice scribit Bernardus, sermone 1, de Annuntiatione beatæ Virginis Mariæ, in hunc modum: *Ego divinam arbitror esse imaginem, quæ nimirum non assumta sed insita atque ipsi impressa naturæ, dividi scindique non potest. Ad imaginem nempe et similitudinem Dei factus est homo, in imagine arbitrii libertatem, virtutes habens in similitudine; et similitudo quidem perit, verumtamen in imagine pertransit homo: imago siquidem in gehenna ipsa uri poterit, non exuri, arderi, sed non deleri. Hæc ergo non scinditur, sed forte provenit, et quocumque perveniat, anima simul et ipsa erit. Nam similitudo non sic, sed aut manet in bono, aut si peccaverit anima, mutatur miserabiliter jumentis insipientibus simulata.* Nactus Bernardus. Non tamen dubitaverim, ut ad Origenem redeam, posse illius verba in primum sensum explicari, præsertim cum in aliis Patribus non multo dissimilia reperiantur. Irenæus enim, lib. iii cap. 20, *Ut quod perdidimus (aut) in Adamo (loquitur de incar-*

σοφία τὸ τοιοῦτον ἀξιόθρονον ἔργον ἀποτελεῖ. Συντριβούσαν εὐρούσα τὴν ἰδίαν ὑπὸ τῆς ἁμαρτίας εἰκόνα, καὶ τὸ θεοειδὲς καθάπαξ ὀποβαλλομένην ὁμοίωμα, δεῖν ἔγνω πρῶτον ταύτην ὡσπερ ἀναχωνεύσασθαι καὶ ἀναπλάσσειν, καὶ οὕτως εἰς τὸ ἀρχαῖον κάλλος, μᾶλλον δὲ μεῖζον ἀναγαγεῖν. Ποιεῖ τοίνυν τοῦτο διὰ τοῦ Θεοῦ βαπτίσματος· τὴν γὰρ δημιουργικὴν ἐαυτοῦ δύναμιν, καθ' ἣν ἐπλασε τοῦτον καὶ καταρχὰς κατ' εἰκόνα θεῖον τε καὶ ὁμοίωσιν, ἐπεὶ δι' αὐτῆς ἐμελλε τοῦτον πάλιν ἀναμορφοῦν ὁ τεχνίτης, οἷάτινος σοφίας καὶ ἐπιστήμης καὶ δυνάμεως δραστητικῆς, ἐνήσει τῷ ὕδατι καὶ αὐτῷ· δι' ἐαυτοῦ πρῶτος εἰσελθὼν καὶ βαπτισάμενος ἐν αὐτῷ. Πρῶτον μὲν ἵνα, καθὼς ἔφη, τὴν ἀναμορφωτικὴν χάριν ἐναποθεῖ τὸ τῷ ὕδατι· οὐ γὰρ δὴ αὐτὸς εἶδε· το καθάρσεως ὁ αἰρῶν τὴν ἁμαρτίαν τοῦ κόσμου· δεύτερον δὲ, ἵνα τοὺς διὰ τοῦ βαπτίσματος ἀναγεννωμένους εἰς ἀδελφότητα πρόσσιτο, πρωτότοκος ἐν πολλοῖς ἀδελφοῖς· γενόμενος διὰ τὸ ταυτὸν ἀμηγύτην τοῦ πρῶτου τῆς ὑπερφουδῆ· ἐκείνου κατὰ σάρκα γεννήσεως, καὶ γὰρ τὸ τὴν κολυμβήθραν τοῦ θεοῦ βαπτίσματος, ὡσπερ εἰκόνα καθυπογράψαντι τῆς περθεϊκῆς καὶ ἀμώμητου γαστρὸς, ἐν ἣ τὸ καθ' ἡμᾶς διεπλάσθη, καὶ ἐξῆς ἐγεννήθη. Ὅσπερ γὰρ ἐν ἐκείνῃ τῇ μακαρίᾳ καὶ θεοδόχῃ γαστρὶ, γυμνῇ τῇ θεότητι ταύτην εἰσδύς, τὴν ἀπαρχὴν τοῦ ἡμετέρου φυχράματος ἀνέπλασε καὶ ἀνεμορφώσατο, ἐαυτῷ ταύτην ὑποστήσας, καὶ Ἰῶν θεοῦ ἐν αὐτῇ ὑποστάσει· μεθ' ἐαυτοῦ ταύτην ποιήσας τῇ παρουσίᾳ τοῦ παναγίου Πνεύματος, χωρὶς ἀνδρικῆς συναφείας, ἀπεργασάμενος τὸ μακαριώτατον ἐκεῖνο χωρὶς τῆς Θεοῦ πρὸς ἡμᾶς καταλλαγῆς καὶ ἀπορρήτου ἐνώσεως μάρτυρα, ἧτοι τὴν θεοδόχον γαστέρα, πηγὴν ὡς ὄντως ζωαρχικὴν, καὶ ἀναμορφωτικὴν τῆς ἡμετέρας φύσεως ἀπὸ τῆς φθορᾶς εἰς τὴν ἀφθαρσίαν καὶ τὸ θεοειδὲς κάλλος, οὕτως εἰσελθὼν εἰς τὸ ὕδωρ οὐκέτι γυμνῇ τῇ θεότητι, ἀλλὰ μετὰ τῆς ἀναπληθύνσεως· ἐν τῇ πρωτοτύπῃ καὶ ζωαρχικῇ κολυμβήθρᾳ καὶ θεοθέσει ἀπαρχῆς τοῦ ἡμετέρου φυχράματος, πεποίηκε τῇ ἐαυτοῦ παρουσίᾳ καὶ τῇ τοῦ παναγίου Πνεύματος, ἄλλην ὡσανεὶ νηδὺν ἀναμορφωτικὴν ἐμπάσης τῆς ἡμετέρας φύσεως. Πηγὴν γὰρ ἀγαθεύσας καὶ ταύτην σωτηρίου κατὰ τὸν Ἡσαΐαν διχα σαρκικῆς συναφείας καὶ νόμων τῆς φύσεως ἀναγεννῶν ὑπερφουδῶς δυναμένην, πάντας τοὺς προσερχομένους Χριστῷ

⁶⁶ Isa. xii, 1 seqq.

natione Verbi) id est, secundum imaginem et similitudinem esse Dei, hoc in Christo Jesu recipemus. Gregorius Theologus, oratione de Paschate: *Divinam (inquit) imaginem accepi, nec custodivi.* Auctor Commentariorum in Psalmos, qui Hieronymi nomine circumfertur, in illud: *Quid gloriaris in malitia, qui potens es in iniquitate? Quid gloriaris (inquit) in malitia, hoc est Adam et diabolus, quia quod Deus edificavit, illi destruxerunt in semetipsis, imaginem Dei et angelorum.* Cum vero hic Theophanes ἀναχωνεύσασθαι καὶ ἀναπλάσσειν iterum imaginem in nobis Deum ait, perspicue imitatus est Nazianzenum, cujus hæc sunt verba in oratione de baptisinate: *Χωρὶς πυρὸς καὶ ἀναχωνεύου, καὶ ἀνακτιζόν διχα συντρέ-*

A nem, Deique similitudine, quam habebat, penitus spoliata, prius hanc veluti iterum conbandam ac reformandam, et sic ad pristinum decus, imo vero ad majus reducendam duxit. Facit igitur hoc per sacrum baptismum; creandi enim virtutem, qua ille hominem primum ad divinam suam imaginem et similitudinem formavit, cum per eandem iterum reformare constitueret (quasi per sapientiam atque doctrinam quamdam effectivamque virtutem) aquæ attribuit. Et primus ipse per sese ingressus est, et baptizatus in illa, cum ut (quemadmodum dixi) reformativam gratiam illi largiatur, (neque enim indigebat expurgatione, qui tollit peccatum mundi), tum vero, ut per baptismum renatos ad fraternitatem convocet, primogenitus ipse (propter enim eundem quodammodo supernaturalis ejus secundum carnem generationis modum) in multis fratribus effectus. Sed et lavacrum sacri baptismatis velut imaginem quamdam describit, virginis et immaculati ventris, in quo secundum naturam nostram efformatus, et ex quo editus est. Sicut enim beatum illum, et qui Deum excepit uterum, nuda cum deitate ingressus, sinxit denuo primitias nostræ massæ, eam sibi conjungens, Deique Filium in ipsa unitione fecit, per adventum sanctissimi Spiritus, absque virili commistione, efficiens nempe, beatissimum illum locum, nostræ cum Deo reconciliationis, ineffabilisque unitatis testem, uterum nempe Dei hospitem, fontem vere vitalem et vim habentem reformandi naturam nostram a corruptione ad incorruptionem divinamque pulchritudinem. Sic, inquam, aquam ingressus, non jato nuda cum deitate, sed cum regeneratis et deificatis in primo atque vivifico lavacro (35) nostræ massæ primitiis fecit illum, sua et Spiritus sancti præsentia, veluti alterum ventrem totius nostræ naturæ reformatorem. Per Isaiam ⁶⁶ enim ostendit hunc salutis fontem sive carnali copula, et naturæ legibus mirabiliter regenerare valentem eos omnes qui ad Christum cum fide accedunt, et facientem quidem filios Dei, fratres vero Christi secundum gratiam, propter quamdam, ut dictum est, identitatem nativitatis. Interest tamen multum inter

φωος, id est *Absque igne nos rursus confians, et absque contractione iterum effugiens.*

(35) *Primo atque vivifico lavacro.* Πρωτότυπον lavacrum vocat mysterium incarnationis, quasi quod fons fuerit et origo reliquorum omnium mysteriorum. Origenes ἀρχηγὸν σωτηρίας auctorem salutis vocavit. Paulus I ad Timoth. iii *magnum sacramentum* appellavit, quod merito dictum adversus Arianos divinitatis Christi hostes probat eleganter et copiose Hilarius, lib. xii *de Trinitate.* Nazianzenus in oratione in funere Cæsarii fratris, eadem, qua Theophanes mente, *novum mysterium* vocavit. Τὸ τὸ (ait) κρινὸν τοῦτο περὶ ἐμὲ μυστήριον; *Quoddam hoc novum circa me mysterium?*

primum ac secundum ventrem ; tanto enim secundus, nempe fons in quo regeneramur, cum primo, qui scilicet et Deum excepit et peperit, dignitate incomparabilis est, quanto Dominus qui ex primo natus est, major est iis qui ex altero renascuntur, imo vero et magis. Nam qui ex secundo regenerantur, fratres illius, qui ex primo natus est, et Dei filii secundum gratiam efficiuntur, ac secundus alveus cum primo nullam talem habet cognationem. Quin imo inter sese ita differunt, ut signum extrinsecum natura differt a veritate. Illa enim est vera Dei Mater, quoniam vere ex ipsa, qui supra omnem substantiam est, suscepit substantiam. Aqua vero sacri baptismatis accipitur, ut diximus, tanquam signum et figura vivifici illius ac Dei hospitis ventris. Per illam nos sine carnali conjunctione, ac cæteris naturæ operibus, in Dei filios mirifice regenerati, conformesque imagini naturalis Filii Dei; qui ex ipso virginali intactoque utero prodiit, efficiuntur, ex aqua vero nihil accipimus quod ad novi hominis et secundum Deum creati substantiationem pertineat. Nam id totum quod ab secunda hac creatione atque regeneratione præstatatur, a præsentia sancti Spiritus fit.

οὐδὲν τι λαμβάνομεν εἰς οὐσίωσιν τοῦ καινοῦ καὶ κατὰ θεὸν κτισθέντος ἀναγεννησώ; τε καὶ ἀναπλάσεως, ἢ περὺσια τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἀπεργάζεται.

4. Quapropter ille per suam incarnationem quæ mentem ac rationem omnem superat, nostri fermenti primitias, ad summum divinitatis extulit, efficiens nempe, id quod a se fuerat assumptum, suæ divinitatis consors, nobis deinde unitatem naturæ largitus, et carne, et sanguine nobiscum participatis, consubstantialis nobis effectus est. Per secundam vero nostram creationem quæ per baptismum fit, recepit nos in fratres ex simili quodam generationis modo, uti diximus: solum enim in spiritu renatos fraternitate donat, deos jam per gratiam factos et tanquam indutos imaginem cœlestis Adami, ut quondam terreni. Hinc enim divinam formam accipiunt, et ad ipsius humanitatis exemplum, quæ ad altissimum divinitatis gradum erecta est, deificantur. Quapropter non omnes homines sunt fratres Domini, sed ii tantum qui renati sunt per sanctum baptismum, et servaverunt deiformem pulchritudinem ad finem usque immaculatam. Ut enim nos nunquam equos, aut canes vocarem fratres, eo quod nostra caro, sicut et illorum, ex terra constet, mortalisque sit et passibilis, sensibus et sanguineis venis compacta, attractoque per pulmonem aere quasi in se ipsa vitam includens, sed adiectione rationis ab illorum affinitate ac fraternitate differimus, accipientes tantum in horum communionem eos, qui ratione præditi sunt ; sic et Salvator noster nostram ex nobis, cum assumpsisset naturam, non hanc nudam, aut divinæ gloriæ expertem esse voluit, sed eam ex ipsa unitione ditavit divinæ naturæ proprietatibus. Ideoque cum hanc Deo dignam gratiam hominibus

μετὰ πίστεως καὶ υἱοῦς μὲν Θεοῦ, ἀδελφοῦς δὲ Χριστοῦ κατὰ χάριν διὰ τὸ ταυτὸν πως, ὡς εἴρηται, τῆς γεννήσεως ἀπεργαζομένην. Εἰ καὶ τὸ διάφορον τῆς πρώτης; νηδύς πρὸς τὴν δευτέραν, ἦτοι τῆς θεοδόχου καὶ θεοτόκου γαστρὸς πρὸς τὴν ἀναγεννώσαν ἡμᾶς κολυμβήθραν, ἀσύγκριτόν ἐστι τῆ ἀξία, ὅπόσον ὁ ἐκ τῆς πρώτης γεννηθεὶς Κύριος, πρὸς τοὺς ἀναγεννωμένους; ἐκ τῆς δευτέρας, μᾶλλον δὲ καὶ πλέον. Οἱ γὰρ ἐκ τῆς δευτέρας ἀναγεννώμενοι, ἀδελφοὶ τοῦ ἐκ τῆς πρώτης γεννηθέντος Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ χρηματίζουσιν κατὰ χάριν· ἡ δὲ δευτέρα νηδὺς πρὸς τὴν πρώτην οὐδεμίαν τοιαύτην συγγένειαν κέκτηται, ἀλλὰ τοσοῦτόν ἐστιν ἀλλήλων μεταξὺ τὸ διάφορον, ὅσον σύμβολον ἐξωτερικὸν διαφέρουν τῆ φύσει πρὸς τὴν ἀλήθειαν. Ἡ μὲν γὰρ ἐστὶν ἀλήθης τοῦ Θεοῦ Μήτηρ, διὰ τὸ ἀληθῶς ἐξ αὐτῆς οὐσιωθῆναι τὸν ὑπερούσιον.

Τὸ δὲ ὕδωρ τοῦ θελοῦ βαπτίσματος, ὡς σύμβολον καὶ τύπος παραλαμβάνεται τῆς ζωαρχικῆς καὶ θεοδόχου νηδύος ἐκείνης, ὡς εἴρηται. Διὰ τὸ καὶ ἡμεῖς ἐκ τούτου χωρὶς σαρκικῆς συναφείας καὶ τῶν ἄλλων τῆς φύσεως ἔργων ἀναγεννᾶσθαι ὑπερφυῶς εἰς υἱοῦς Θεοῦ, καὶ συμμόρφους τῆς εἰκόνης τοῦ φύσει Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ γεννηθέντος ἐκ τῆς παρθενικῆς ἐκείνης; καὶ ἀμωμήτου γαστρὸς· ἐκ γὰρ τοῦ ὕδατος ἡμεῖς, καὶ ἄλλοι κτισθέντος ἀνθρώπου. Τὸ γὰρ πᾶν τῆς

δ'. Ὅθεν διὰ μὲν τῆς ὑπὲρ νοῦν καὶ λόγον ἐνανθρωπήσεως αὐτοῦ, τὴν μὲν ἀπαρχὴν εἰς ἄκρον ἐθέωσε τοῦ ἡμετέρου φυράματος; ἦτοι τὸ ὄνιον πρόσωπλημμα, ὁμοθεὸν ἀπεργασάμενον τούτο· ἡμῖν δὲ τὸ ὁμοφυῆς ἰδωρήσατο, κοινωνήσας ἡμῖν παραπλησίως σαρκὸς καὶ αἵματος. Κάντεῦθεν ὁμοούσιος ἡμῖν γεγὼνῶς διὰ δὲ τῆς ἀναπλάσεως ἡμῶν τῆς κατὰ τὸ βάπτισμα, εἰς ἀδελφότητα προσήκατο καὶ ἀνήγαγε διὰ τὸ ὁμοιοτρόπον πως, ὡς εἴρηται, τῆς γεννήσεως· τοῦ; γὰρ ἀναγεννωμένου ἐν πνεύματι μόνους τῆς ἀδελφότητος ἀξιοὶ θεοὺς κατὰ χάριν ἐντεῦθεν γεγεννημένους, ὡς φορέσαντας τὴν εἰκόνα τοῦ ἐπουρανίου Ἀδάμ ὡσπερ πρώην τοῦ χοῦκοῦ. Τὸ γὰρ θεὸν εἶδος ἐντεῦθεν λαμβάνουσι, καθὼ γίνονται τεθεωμένοι ὡσπερ εἰς ἄκρον ἐθεώθη καὶ τὸ ἀνθρώπινον τούτου. Διὰ γὰρ τούτου οὐ πάντες ἀνθρώποι εἰσιν ἀδελφοὶ τοῦ Κυρίου, ἀλλ' οἱ ἀναγεννηθέντες διὰ τοῦ θελοῦ βαπτίσματος, καὶ τηρήσαντες τὸ θεοειδὲς κάλλος ἀκηλίδωτον μέχρι τέλους. Ὅσπερ γὰρ ἡμεῖς, οὐ κἄν ποτε καλέσαιμεν ἀδελφοὺς τοὺς ἴππους καὶ κύναι; διὰ τὸ τὴν ἡμῶν τε κἀκείνων σάρκα παραπλησίως ἐκ γῆς ὀφεισθᾶναι, καὶ θνητὴν ὁσαύτως εἶναι καὶ παθητὴν, αἰσθήσει συνδεδεμένην καὶ ὀχετοῖς αἱμάτων καὶ τῆ διὰ τοῦ πνεύματος ὀκλή τοῦ ἀέρος, τὴν ζωὴν ὡσπερ ἐν ἑαυτῇ περικλείουσιν, ἀλλὰ τῆ προσθήκῃ τοῦ λογικοῦ διεστήκαμεν τῆς ὁμοφυίας ἐκείνων καὶ ἀδελφότητος, τοὺς τὸ λογικὸν μόνον πεπλουτηκότας εἰς κοινωνίαν τούτων δεχόμενοι, οὕτω καὶ ὁ Σωτὴρ ἡμῶν ἐξ ἡμῶν τὸ ἡμέτερον προσλαθόμενος, οὐ ψιλὸν ἐτήρει καὶ τῆς θέλας δόξης ἀμέτοχον, ἀλλ' ἐξ αὐτῆς ἐνώσεως τοῖς ἰδιώμασι τῆς θέλας καταπλουτίσε φύσεως. Καὶ διὰ

τοῦτο μεταδούς τοῖς ἀνθρώποις τῆς τοιαύτης θεο-
πρεποῦς χάριτος, ἀδελφούς καθίστησι τῷ θεοει-
δεῖς ἐκείνους ὡσπερ τὸ ἑαυτοῦ ἀνθρώπινον ὁμοίους
ἀπεργασάμενος.

ε'. Ἀναπλάττει μὲν οὖν καὶ ἀναγεννᾷ τὴν καθ'
ἡμᾶς φύσιν ὁ Κύριος, τοῦτω τῷ τρόπῳ. Τὸ γὰρ
Πνεῦμα τὸ ἅγιον, τὸ κτίσαν ἐκ ζωαρχικῆς μήτρας
τῆς παναγίας Παρθένου τὴν σάρκα Χριστῷ χωρὶς
ζωαρχικῆς συναφείας, τοῦτ' αὐτὸ διὰ τοῦ θεοῦ βα-
πτίσματος ἐν τῇ κολυμβήθρᾳ τοὺς ἀναγεννωμένους
ἀναπλάττει διχα σαρκικῶν θελημάτων, ὁμοίως ὡς
περὶ ὧν φησιν ὁ εὐαγγελιστῆς, ὅτι: *Οὐκ ἐκ θελήμα-
τος σαρκός, οὐδὲ ἐκ θελήματος ἀνδρός, ἀλλ' ἐκ
θεοῦ ἐγεννήθησαν. Τί τὸ μετὰ ταῦτα; Οὐ μόνον
ὁμοειδεῖς ἑαυτῷ καὶ ἀδελφούς ἰδίους εὐδοκᾷ γεγε-
νησθαι, οὐδὲ μέχρι τούτου τῆς εὐεργεσίας ἵσταται,*
ἀλλὰ καὶ σῶμα καὶ μέλη ἑαυτοῦ, ὡς κεφαλὴν μᾶλ-
λον ἡμῶν μελῶν τε καὶ σώματος ὄντων ἢ ἀδελ-
φῶν ὀνομάζεσθαι, τῷ συνδέσμῳ τῆς ὑπὲρ νοῦν καὶ
λόγον ἀγάπης αὐτοῦ. Διὰ τοι τοῦτο καὶ ἅπερ μέ-
λει συνάψαι ἑαυτῷ ὡς ἴδια μέλη, πρῶτον ὁμοειδῆ
καθίστησι τῇ κεφαλῇ διὰ τοῦ βαπτίσματος, ἔπειτα
διὰ τῆς μεταδόσεως καὶ κοινωνίας τοῦ ἰδίου σώμα-
τός τε καὶ αἵματος, προσκολλᾷ ἑαυτῷ καὶ ἀλλή-
λους πάντα τὰ θεοειδῆ ταῦτα μέλη. Διὰ τοῦτο γὰρ
προηγείται τὸ βάπτισμα τῆς ἱερᾶς μεταλήψεως·
πρῶτον γὰρ δεῖ γενέσθαι τὰ μέλη τῇ κεφαλῇ
ὁμοία, ὅπερ, ὡς εἴρηται, τὸ θεῖον ἐργάζεται βάπτι-

⁵¹ Joan. 1, 13.

(36) *Ut ei suam humanitatem.* Non quidem ita
accipienda sunt verba hæc, ut humanitatem Christi
multo excellentius, quam naturam nostram deitate
donatam non intelligamus; illi enim Dei essentia
iuncta est et in una persona copulata; nobis divi-
nitas obvenit gratiæ divinæ beneficio, per quam filii
Dei (ut inquit Apostolus) et nominamur et sumus.
Itaque hæc est huius loci sententia, quam sæpe alias
explicat ipse Theophanes.

(37) *Agglutinatus.* Sensus huius loci est, per bap-
tismum fieri nos membrum Christi, qui Ecclesiæ
caput est, per Eucharistiam vero Christo capiti
ac reliquis membris, id est Ecclesiæ conjungi. Hæc
enim sacra corporis sanguinisque Domini dos
est ut Christus ipse pollicetur: *Qui manducat (in-
quit) meam carnem, et bibit meum sanguinem in me
manet.* Joan. vi, et rursum xvii, *Ut omnes unum sint
sicut tu Pater in me, et ego in te ut et ipsi in nobis
unum sint.* Paulus scribens Corinthiis: *Quoniam
unus panis, unum corpus multi sumus, et uno calice
participamus.* Antiqui etiam Patres idem nos do-
cent. Legendus Nazianzenus, oratione 3 in Julia-
num ad medium, et veteris interpretis in eo loco
scholium, et Chrysost. homil. 45 in Joannem; et 60
et 61 ad populum Antiochenum, et 85 in Mathæum;
Cyrillus, lib. iv in Joannem, cap. 17; lib. x, cap. 15,
et lib. xi, cap. 26; Gregorius Nyssenus, in oratione
catechetica, quæ dicitur magna, cap. 57; Hilarius
lib. viii *De Trinitate*; Leo, serm. 14, de pas-
sione Domini. Apud Augustinum hæc habemus, in ser-
mone de infantibus, quæ refert Gratianus, *De Con-
secratione*, dist. 2, cap. *Quia passus: Ita* (inquit) *Dom-
inus noster Jesus Christus nos significat, nos ad se
pertinere voluit, mysterium pacis et unitatis nostræ
in sua mensa consecravit. Qui accipit mysterium
unitatis, et non tenet vinculum pacis, non mysterium
accipit pro se, sed testimonium contra se.* Idem, lib.
xvi *Civitatis* cap. 25, *Symbolum unitatis sacra-*

*A largitus esset, fratres illos fecit, eosdemque ut et
suam humanitatem (36) deitate donavit.*

5. Creat igitur nos iterum Dominus regeneratque
hoc pacto naturam nostram. Spiritus enim sanctus
qui ex vivo sanctissimæ Virginis utero condidit
Christo carnem, absque conjunctione carnali, simi-
liter per sacrum baptismum in lavacro renatos
sine carnali voluntate creat, ut ii sunt de quibus
evangelista inquit, quod *Non ex voluntate carnis
neque ex voluntate viri, sed ex Deo nati sunt* ⁵¹.
Quid tum postea? Non solum uniformes sibi,
fratresque proprios fieri nos vult, nec hic nos bene-
ficiis afficere desinit: nam et corpus et membra
sua nos facit, ut cum membra nos et corpus
illius simus, ille propter vinculum suæ charitatis,
quæ mentem et rationem omnem exsuperat, caput
potius quam frater appelletur. Atque ideo membra,
quæ tanquam propria sibi est copulaturus, conformia
prius capiti facit per baptismum, deinde per parti-
cipationem ac communicationem suæ carnis et
sanguinis sibi, et inter sese invicem divina hæc
omnia membra agglutinat (37). Ideo enim baptismus
sanctam præcedit communionem (38): prius enim
membra fieri debent similia capiti, quod, ut diximus,
sacer baptismus præstat, deinde capiti conjungi,
quod per tremendam communionem efficitur, quæ
et immortalitatis quidam est fomes (39). Eam vero

mentum hoc vocat, quod Tridentini Patres probant
sessione 13, cap. 2 et 9; Florentini, in Legatione ad
Armenos. Hinc factum ut *synaxeos* voce sacrosan-
ctum istud sacramentum per catachresin nominetur,
ut tradit Dionysius, c. 3 *ecclesiasticæ Hierarchiæ*. La-
tinis communionis idem vocabulum frequens in hoc
sensu, ut antiquissimis conciliorum canonibus et
praxibus docemur. Origenes et ante illum Dionysius
in eadem sententiam ἀρχιπροαγωγὴν huius sacra-
menti virtutem scite vocant, id est, *præcipuam ac po-
tissimam vim habentem ad conciliandum et coad-
unandum Christianum populum*, et Clemens Alex-
andrinus τελειωσιν τῆς ἀγαπήσεως *perfectionem et
consummationem charitatis* appellavit.

(38) *Baptismus sanctam præcedit communionem.*
Moveor (ut dixi) loco hoc, ut existimem Theophane-
nem vixisse multo ante Andronici senioris ætatem.
Nam postquam baptismus adultorum desit, care-
monia hæc suscipiendi corporis Domini cessavit.
Porro prius, post baptismum administrari solitum,
vel parvulis ipsis, multis antiquorum scriptorum
testimoniis probatur. Tertullianus, libro de *Pudici-
tia: Anulum* (inquit) *accipit tum primum, quo fidei
pactionem interrogatus obsignat, atque ita exinde
opinitate Domini corporis vescitur.* Idem repetit
libro iv *adversus Marcionem*; Dionysius *Ecclesiast.*
Hierarch. cap. 2; Ambrosius, lib. iii *De Sacramen-
tis*, cap. 2; Hieronymus in Dialogo adversus Lucife-
rianos; Augustinus, lib. v *Hypognosticon*; Gregorius,
in *Sacrament.* et *Ordo Romanus*, et Alcuinus.

(39) *Immortalitatis est quidam fomes.* Resurrectio-
nem carnis similiter probat Irenæus adversus Val-
entinum, lib. v, cap. 2, per veram participationem
carnis et sanguinis Christi, quem locum ab Oeco-
lampadii calumniis pie et docte vindicat Rufensis
epi-copus, ut et notavit Franciscus Fevardentius in
notis ad eum locum.

communione prius per seipsum perfecit Salvator, A in mystica cœna suum ipse corpus sanguinemque proprium litans, dansque hæc in cibum et potum apostolis, cum panem et vinum accepisset, commutassetque in propriam carnem spiritu perfectionis auctore : qui primo illam conflagavit ex virginea carne et sanguine, denuo tamen ad illam eandem efficiendam carnali natura, sicut antea in Virgine, minime indigens. Ita nos perficit (40), filios Dei faciens, regnique sui cohæredes ; adeo ut quem omnium spiritalis et sensibilis creatura adorat, tanquam Deum cum Patre et sancto Spiritu consistentem, nos ut fratrem habeamus utque membra capiti, nos illi adhæreamus, et inseparabiliter juncti simus in infinita sæcula.

6. Hæc sunt, o fratres, effecta quæ supra n- B turam sunt, hæc Deo digna quæque omnem rationem excedunt Filii Dei ad nos in carne venientis opera ; ad tale cacumen et incomparabilem gloriam evehit humilem naturam nostram amator hominum Dominus. Quoniam ergo opus erat tale deificationis nostræ inenarrabile mysterium perpetuo exerceri in iis qui in vitam successuri essent homines, usque ad consummationem mundi, hoc est regenerationem ipsorum per sacrum baptismum, et conjunctionem cum Christo, quæ per communicationem Dominici corporis et sanguinis fit, perpetuam esse atque firmissimam ; opus autem erat ut et Dominus post passionem et resurrectionem in cœlos ascenderet, atque ad dexteram throni majestatis assideret : ideo opificem illam Spiritus sancti gratiam, per quam et secunda creatio, et regeneratio eorum qui sunt, et qui erunt usque ad consummationem sæculi, fieri debebat, suis apostolis abunde largitus est ; et suum ipsius munus et

σμα, ἔπειτα συναφῆναι τῇ κεφαλῇ, ἥτις συνάφεια διὰ τῆς φρικτῆς κοινωνίας ἀποτελεῖται. Ἦ δὲ ἐστὶ τῆς ἀφθαρσίας τὸ ζώπυρον, ἦντινα μετάδοσιν καὶ κοινωνίαν πρῶτων δι' ἑαυτοῦ ἐτέλεσεν ὁ Σωτὴρ, κατὰ τὸν μυστικὸν δεῖπνον αὐτὸς τὸ ἑαυτοῦ σῶμα ἱερουργῶν καὶ τὸ ἴδιον αἷμα, καὶ διδοὺς εἰς βρῶσιν καὶ πόσιν καὶ τοῖς ἀποστόλοις, ἄρτον καὶ οἶνον λαβὼν, καὶ μεταβαλὼν ταῦτα εἰς σάρκα ἰδίαν τῷ τελεταρχικῷ πνεύματι· τῷ καὶ πρῶτως ταύτην συστηραμένῳ ἐκ τῆς παρθενικῆς σαρκὸς καὶ τῶν ταύτης αἰμάτων, μὴ δεσθεὶς καὶ νῦν σαρκικῆς φύσεως εἰς ἀποτελεσμα ταύτης. Ὄσπερ ἄρα καὶ τότε ἐν τῇ Παρθένῳ, καὶ οὕτως ἡμᾶς τελειοὶ υἱοὺς Θεοῦ ἀπεργασάμενος καὶ συγκληρονόμους τῆς βασιλείας αὐτοῦ· ὥστε τὸν ὑπὲρ πάσης κτίσεως νοερῶς τε καὶ αἰσθητῆς προσκυνούμενον ὡς Θεὸν καὶ τῷ Πατρὶ καὶ Πνεύματι συνεδρεύοντα, ὡς ἀδελφὸν ἔχειν καὶ ὡς μέλη τῇ ἑαυτῶν κεφαλῇ, οὕτως ἐκείνῳ προσηρμόσθαι τε καὶ ἀχωρίστως ἔχεισθαι εἰς αἰῶνα ἀπει-

ς. Ταῦτα, ἀδελφοί, τὰ ὑπὲρ φύσιν ἀποτελέσματα ταῦτα, ἀδελφοί, τὰ θεοκρεπῆ καὶ ὑπὲρ πᾶσαν ἔννοιαν ἔργα τῆς πρὸς ἡμᾶς ἐν σαρκὶ ἐπιδημίας τοῦ Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ, εἰς τοιαύτην περιουσίαν καὶ δόξαν ἀνεκαστον, τὴν ταπεινὴν ἡμῶν ἀνύψωσε φύσιν ὁ φιλάνθρωπος Δεσπότης. Ἐπεὶ οὖν ἔδει τὸ τοιοῦτον τῆς θεώσεως ἡμῶν ἄφραστον ἐνεργεῖσθαι διὰ παντὸς μυστήριον ἐν τοῖς ἔρχομένοις εἰς τὸν βίον τοῦτον ἀνθρώποις, μέχρι τῆς τοῦ παντὸς συντελείας, ἡγουν ἡ διὰ τοῦ θεοῦ βαπτίσματος αὐτῷ ἀναγέννησις, καὶ ἡ διὰ τῆς μεταλήψεως τοῦ Δεσποτικοῦ σώματος τε καὶ αἵματος συνάφεια πρὸς Χριστὸν διηκεῖς τε καὶ ἀδιάρρηκτος· ἔδει ἔτι τὸν Κύριον μετὰ τὸ πάθος καὶ τὴν ἀνάστασιν εἰς οὐρανοὺς ἀνελθεῖν, ἐν δεξιᾷ τε τοῦ θρόνου τῆς μεγαλωσύνης κεκαθιμεῖναι, τὴν δημιουργικὴν ἐκείνην τοῦ θεοῦ Πνεύματος χάριν, δι' ἧς ἡ τε ἀνάπλασις καὶ ἀναγέννησις τῶν δυντων τε καὶ ἐσομένων μέχρι τῆς συντελείας τοῦ αἰῶνος ἀνθρώπων τελειοῦσθαι ἐμελλε, τοῖς ἑαυτοῦ ἀποστόλοις δαφιλῶς χορηγῆναι, τὸ ἴδιον ἔργον ἔγγει-

(40) *Perficit*. Proprium verbum est divinorum mysteriorum, quæ merito nos sacramenta vocamus ; illa enim sunt quæ veram perfectionem animæ tribuunt. Itaque *perficere* idem est, quod initiare, consecrare, et divino characterē σφραγῆν *obsignare*. Nam Gregorio Theologo, si quis illius scripta non oscitanter legat, synonyma hæc, ut multi apud eum loci probare possunt. Occurrit mihi nunc ille, εἰς Γοργονίαν, ubi de baptismum loquens, eum τελείωσιν καὶ σφραγῖδα vocat. Τελουμένη (inquit) τῷ βαπτίσματι, *baptismate* (Gorgonia) *perfecta, consummata*, et rursus σφραγῖς, ἀλλὰ οὐ χάρισμα ἦν τὸ μυστήριον, *signaculum, non gratia erat (illi) hoc mysterium*. Sic et Dionysius, *Hierarch. ecclesiast.* cap. 4, et alibi, baptismum vitam beatam τελείν dixit ; et Paulo frequens hæc vox in istum sensum : Σκιάν γὰρ (inquit ad Hebræos x) ἔχων ὁ νόμος τῶν μελλόντων ἀγαθῶν, οὐκ αὐτὴν τὴν εἰκόνα τῶν πραγμάτων, κατ' ἐνιαυτὸν ταῖς αὐταῖς θυσίαις ἄς προσφέρουσιν εἰς τὸ διηνεκῆς, οὐδέποτε δύναται τοὺς προσερχομένους τελειῶσαι· *Unbram enim habens lex futurorum bonorum, non ipsam imaginem rerum per singulos annos eidem ipsi hostiis, quas offerunt indesinenter, nunquam potest accelerantes perfectos facere*. Nec aliter

accipiendum esse arbitrer verbum hoc apud Matth. x : Ἀμὴν γὰρ λέγω ὑμῖν οὐ μὴ τελείητε τὰς πόλεις τοῦ Ἰσραὴλ, ἕως ἂν ἔλθῃ ὁ Υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου· quod vulgatus interpres optime vertit: *Amen dico vobis, non consummabitis civitates Israel donec veniat Filius hominis*, id est, ut recte Hilarius interpretatur, non erit Evangelium admissum a Judæis nisi cum secundo advenero in diem iudicii, tunc enim illi post gentium plenitudinem, ut Apostolus dixit, consummabuntur, id est, perficientur Christianismi et fidei Evangelicæ characterē. Etenim eo tempore rediturus Judæos ad agnitionem veritatis multorum Patrum sententia est. Vide (post Ambrosium, Chrysostomum, Basilium, Gregorium Magnum) Gaudent. tract. in Evang. Porro Latini verbum *perficere* in eandem significationem usurparunt sacri scriptores : Ambrosius, lib. iii *de sacramenti*, cap. 2 : *Sequitur spirituale signaculum quia post fontem superest, ut perfectio fiat*. Augustinus lib. i *contra Julianum* : *Valeant itaque (inquit) qui baptismum negant hominem perficere*. Quo ioco Massilianorum hæresin perstringit, quæ errore hoc (Damasceno teste) ducebatur.

ρίσας αὐτοῖς ἐνεργεῖν, καὶ διὰ τοῦτο χειροτονήσας αὐτοὺς ὡσπερ ἄλλους θεοὺς καὶ δημιουργοὺς, τῇ ἐνεργείᾳ τοῦ παντοῦργου Πνεύματος δυναμένους ποιεῖν τὰ μέγιστα τῆς θείας δυνάμεως ἔργα. Καὶ ἐξ ὧν μάλιστα τό τε ποιῆλον τῆς σοφίας καὶ δυνάμεως τοῦ Θεοῦ γνωστὸν γίνεται, καὶ ὁ τῆς ἀγαθότητος ἀνεξιχνίαστος αὐτοῦ πλοῦτος ἀποκαλύπτεται, δι' ὃ καὶ ὁ θεὸς ἔλεγε Παῦλος· *Συνεργοὶ Θεοῦ ἔσμεν*. Καὶ γὰρ πάντων τῶν ἔργων ὧν ἐποίησεν ὁ Θεὸς καὶ τῶν νοητῶν καὶ τῶν αἰσθητῶν τὸ μείζον ἐστὶν ἀσυγκρίτοις ὑπεροχαῖς, ἡ θεία ψυχὴ τε καὶ σὰρξ τοῦ Δεσπότου. Τί γὰρ μείζον τοῦ τὴν καθ' ἡμᾶς φύσιν, τοῦ Θεοῦ Λόγου φύσιν γενέσθαι καθ' ἑνωσιν ὑποστατικὴν; Ὅσον ἄρα διαφέρει τὸ ἀνθρώπινον τοῦ Σωτῆρος τῶν Χερουδὶμ καὶ Σεραφίμ· διαφέρει δὲ ὅσον δούλου δεσπότης· τοσοῦτον καὶ τὸ ἔργον τῆς θείας σαρκώσεως διενήνοχε τῆς δημιουργίας τῶν ὑπερκοσμίων δυνάμεων. Τοῦτο τοίνυν τὸ ἀνυπέροβητον ἔργον καὶ τοὺς ἀποστόλους ὁμοίως ἐνεργεῖν δέδωκε, καὶ δι' ἐκεῖνων τοὺς διαδόχους ἐκείνων καὶ καθεστῆς τοῦ λοιποῦς μέχρι τῆς τελειότητος τοῦ παρόντος βίου. Ἄρτον γὰρ καὶ οἶνον λαμβάνοντες τῇ ἐνεργείᾳ τοῦ θεοῦ Πνεύματος, εἰς σῶμα καὶ αἷμα Δεσποτικόν, ὃ τοῦ θαύματος! μεταβάλλουσι· καὶ λύειν καὶ δεσμεῖν ἀμαρτίας ἐξουσίαν εἰληψασιν, ὃ μόνου Θεοῦ ἔργον ὑπάρχει. Καὶ ἀνθρώπους λαμβάνοντες, διὰ τοῦ θεοῦ βαπτίσματος ἀναγεννώσι καὶ ἀναπλάττουσιν εἰς υἱοὺς Θεοῦ καὶ θεοὺς κατὰ χάριν, ὡσπερ ἂν εἴ τις ἔκγον λαβῶν μετέπλασεν εἰς φύσιν ἀνθρώπου, μᾶλλον δὲ καὶ πολλῶ μείζω ταῦτα τῶν πολλῶν εἰρημένων. Μείζον γὰρ ἐστὶ τὸ τὸν ἄρτον καὶ οἶνον εἰς σῶμα θεῖον μεταβαλεῖν καὶ ἀνθρώπον θεὸν κατὰ χάριν ποιῆσαι, ἢ οὐρανὸν καὶ ἀγγέλους ποιῆσαι.

ζ'. Ταύτην οὖν, ἀγαπητοί, τὴν δημιουργικὴν καὶ θεοποιὴν χάριν καὶ δύναμιν τοῦ ἀγαθοῦ Πνεύματος ἥτις ἐνεργεῖν τὰ μείζω πάντων κτισμάτων ἐν ἀκαρπείᾳ δύναται, ὁ ἱερεὺς, [ὃ τῆς περὶ ἡμᾶς τοῦ Θεοῦ Λόγου φιλανθρωπίας καὶ δωρεᾶς! ἀναμφισβόλως κομίζεται. Καὶ γὰρ καὶ οὗτος ὁμοίως ἄρτον καὶ οἶνον λαμβάνων, τῇ ἐνοικίωσιν τούτῳ διὰ τοῦ χρίσματος τῆς ἱερωσύνης θεῖα δυνάμει, εἰς σῶμα καὶ αἷμα μεταβάλλει Δεσποτικόν· μείζον ἐντεῦθεν ἐργαζόμενος ἔργον, ὡς δέδεικται, ἢ εἴπερ ἀγγέλους καὶ οὐρανοὺς δυνατῶς εἶχε δημιουργεῖν. Καὶ πάλιν ἀνθρώπον λαμβάνων θνητὸν, διὰ τοῦ θεοῦ βαπτίσματος υἱὸν Θεοῦ καὶ θεὸν κατὰ χάριν ἐργάζεται· μείζον ἐργαζόμενος ἔργον, ἢ εἴπερ ἀνεγείρειν νεκροὺς ἐδύνατο, καὶ τὰ λελωθμένα καὶ πεπρωμένα τοῦ σώματος μέλη ὕγια καὶ ἄρτια καθιστᾶν λόγῳ. Εἰ οὖν εἶδει φανῆναι τινα ἐπὶ τῆς γῆς ἀνθρώπον, ἀγγέλους καὶ οὐρανοὺς δημιουργεῖν λόγῳ δυνάμενον, καὶ νεκροὺς ἀνεγείρειν καὶ ἀνίατα πάθη ἰᾶσθαι, ὅποιον ἐχρῆν τὸν τοιοῦτον εἶναι; Καθαρὸν καὶ τὴν ἀρετὴν ἀπαράμιλλον, ὥστε τοιαύτην τοῦ

officium ab illis efficiendum ipsis attribuit, ac propterea creavit eos veluti deos et creatores, potentes virtute omnipotentis Spiritus maxima divinae virtutis efficere opera. Et vero ex iis multiformis Dei sapientia et virtus praecipue apparet, et investigabiles bonitatis ipsius deteguntur divitiarum. Ideoque beatus dicebat Paulus: *Dei cooperatores sumus*. Etenim omnium operum tam spiritualium quam corporeorum, quae Deus fecit, maximum est incomparabili excellentia, sacra anima et caro Dominica. Quid enim majus est, quam nostram naturam secundum unionem hypostaticam fieri naturam Verbi Dei? Quantum ergo praestat (41) humanitas Salvatoris ipsis Cherubim et Seraphim (praestat autem quantum servo Dominus), tantum etiam divinae carnis generatio superat creationem caelestium potestatum. Hoc ergo eximium opus apostolis quoque exercendum dedit, et per illos eorum successoribus, et deinceps reliquis usque ad consummationem hujus vitae. Panem enim et vinum accipientes, virtute Spiritus sancti in corpus et sanguinem Dominicum, o rem admirabilem! transmutant, solvendi etiam et ligandi peccata, quod quidem solius Dei est opus, ipsi potestatem acceperunt. Sed et homines per sacrum baptismum regenerant, atque in Dei filios deosque secundum gratiam reformant, non aliter quam si quis equum in naturam hominis transmutaret; imo vero multo majora haec sunt omnibus iis quae hactenus dicta sunt; majus enim est panem et vinum in corpus transmutare divinum hominemque deum efficere secundum gratiam, quam caelum et angelos creare.

7. Hanc igitur, o charissimi, opificem ac deificantem sancti Spiritus gratiam et virtutem, quae in ictu oculi creare potest, maxima quaeque creaturarum (o amorem et beneficentiam erga nos Verbi Dei!) sine dubio accipit sacerdos. Nam et ille similiter panem et vinum accipiens per inhabitantem in se, mediante sacerdotii unctione, sacram virtutem in carnem et sanguinem commutat Dominicum; majus propterea exercens opus, quam si angelos et caelos creare posset. Deinde mortalem accipiens hominem per sanctum baptismum, Dei Filium, Deumque secundum gratiam efficit, majus efficiens opus, quam si mortuos suscitaret, et luxata ac mutila corporis membra sanitati et integritati solo verbo restitueret. Si igitur inter nos homo esset, qui angelos caelosque verbo creare posset, suscitare mortuos, et incurabilibus morbis mederi; qualem eum esse oporteret? quam purum et vitae probitatem ante omnes excellentem nempo ut hanc Dei virtutem atque potentiam susciperet fieretque post Deum alter creator? Si nullies profecto illi quotidie pro Christo mori liceret, adhuc

⁴¹ I Cor. 3, 9,

(41) Praestat. Vaticanus habet διάφορον. Messanenensis διαφέρει

tamen minime dignum opus faceret, quo tanti muneris gratiam compensaret. At sacerdotis opera majora iis multo ac sine ulla comparatione præstantiora esse, ostensum est. Qualem igitur esse deceat eum qui sacerdotii gratiam accepit, quam divinum ac pene cœlestem, hinc pendere licet. Christi certe esse debet perfectissimus imitator, Illiusque in carne primi pontificis atque horum sacrorum sacerdotis et initiatoris sequi vestigia. Quocirca haud erraret aliquis, o dilecti, si diceret sacerdotium esse Dei effectricem virtutem, vel divinam scientiam pro fine habentem, ut hominem efficiat deum secundum gratiam, conformem vero imagini Filii Dei secundum naturam, idque per signa quædam tanquam per instrumenta, panem vero et vinum aqua commistum in corpus et sanguinem Dominicum transmutet, renatosque homines per baptismum capiti Christo ut membra conglutinet. Quare cum nemo carnis vinculis detentus vere dignus administrator horum supernaturalium mysteriorum inveniri possit (etenim et angelis ipais et desiderabilia hæc sunt et formidanda), puritatem saltem, quam acquirere hominibus datur, contemnere, aut rejicere, nec pro viribus conari Salvatoris in terris vitæ institutum imitandum sibi proponere, id certe ingrati erit animi divinarumque rerum contemptoris, ideoque intolerabili supplicio dignum. Cui namque datum est multum, multum etiam exigetur ab eo. Ac vetus nimirum illud Hebræorum sacerdotium figura erat et imago nostri hujus sublimis atque cœlestis; sanguinibus enim et animalium tantum occisionibus licebat illi, non animæ, sed corporis maculas et inquinamenta purgare. Ut enim uno verbo dicam, omnia quæ per illud fiebant, umbra erant, ut divinus ait Apostolus¹¹, futurorum honorum, nostris rebus tanto inferior, quantum abest a cœlo terra. Ideo pro nostri eorumque sacerdotii diversitate, cum sacerdotes item nostri et illorum pro rata portione differant (quantum certe ab angelis homines absunt), tamen Nadab quidam et Abiud filii, Aaronis, sacerdotesque, cum nefarium quoddam opus perpetrassent, igne alieno adolere thus Deo aggressi, violatæ legis pœnas absque mora luerunt¹², ab eodem igne illico combusti; quibus nec pater Aaron potuit opitulari. Quid vero opus est pluribus¹³, quando et ipse Aaron a Deo electus, et primus apud illos pontifex, apud Deum vero secundus post Moysen, cum leviter Deum offenderet, miserabiliter vita privatus est, nec fratre quidem Moysæ illum e supplicio liberare valente¹⁴? Quid vero deinde Meli sacerdos? Licet ille bonus in se esset et irreprehensibilis, propter solam suorum filiorum iniquitatem diro mortis genere vitam sinit; atque certe illos verbis sæpe corruperat, tametsi non severe et graviter, ut oportuerat, castigarat. Si igitur delinquentes illi qui sub legis umbra

A Θεοῦ δύναμιν δέξασθαι καὶ ἀξίαν, καὶ δημιουργὸν ἕτερον εἶναι μετὰ Θεοῦ, πάντως εἰ μυριάκις ἐνῆν αὐτῷ καθ' ἐκάστην ὑπὲρ Χριστοῦ ἀποθνῆσκειν, οὐκ ἂν ἐπάξιον ἔργον εἰς ἀνταπόδοσιν τῆς ζω-
ρεᾶς ταύτης εἰργάσατο. Ἄλλὰ τὰ παρὰ τοῦ ἱε-
ρέως τελούμενα μείζω τῶν τοιούτων ἔργων πολλῶν
καὶ ἀσυγκρίτῳ τῷ μέτρῳ δεδείκται εἶναι. Ὅποιον
οὖν δεῖ τὸν τὴν χάριν τῆς ἱερωσύνης δεξάμενον
θεῖον τινα καὶ ὑπερφυῆ εἶναι, πάρεστιν ἐντεῦθεν
λογίζεσθαι, πάντως τοῦ Χριστοῦ μιμητὴν ἀκριβέ-
στατον, καὶ τῆς ἐν σαρκὶ πολιτείας ἐκείνου κατ'
ἴχνος ἐπόμενον, τοῦ πρώτου ἀρχιερέως καὶ ἱερουρ-
γοῦ, τῶν τοιούτων καὶ τελετάρχου. Ὅθεν οὐκ ἂν
τις ἀμάρτοι τὴν ἱερωσίην, ἀγαπητοί, δημοურ-
γικὴν εἰλόμην τοῦ Θεοῦ, ἣ ἐπιστήμην θείαν,
B εἶλος ἔχουσαν τὸ διὰ τινῶν συμβόλων ὡσπερ ὀργά-
νων, θεὸν μὲν κατὰ χάριν τὸν ἀνθρώπων ἀπεργά-
ζεσθαι καὶ σύμμορφον τῆς εἰκόνης τοῦ κατὰ φύ-
σιν Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ, τὸν δ' ἄρτον καὶ οἶνον ὕδατι
κεκερασμένον, εἰς σῶμα καὶ αἷμα μεταβάλλειν δε-
σποτικόν, καὶ τοὺς ἀναγεννηθέντας ἀνθρώπους διὰ
βαπτίσματος προσαρμόσαι ὡς μέλη τῇ κεφαλῇ τῷ
Χριστῷ. Ὅθεν ἐπεὶ οὐδεὶς τῶν τῆς σαρκὸς δε-
σμίων ὡς ἀληθῶς ἄξιος οἰκονόμος τῶν τοιούτων
ὑπερφῶν μυστηρίων ἂν εὐρεθῆι· καὶ γὰρ καὶ
τοὶ ἀγγέλοις αὐτοῖς ἐπιθυμητὰ τὰ τοιαῦτα καὶ
φρικτὰ καθεστῆκε, τῆς γούν ἐνδεχομένης καθαρό-
τητος τοῖς ἀνθρώποις καταφρονεῖν τε καὶ ἀναβάλ-
λεισθαι, καὶ μὴ σπεύδειν ὅση δύναμις τὴν ἐπὶ γῆς
C τοῦ Σωτῆρος πολιτείας μιμεῖσθαι, πολλῆς ἀγνωμο-
σύνης ἂν εἴη καὶ τῶν θείων καταφρονήσεως, καὶ διὰ
τοῦτο κολάσεως ἄξιον ἀφορήτου. Ἢ γὰρ εἰδῆθη πολὺ,
πολὺ καὶ ἀπαιτηθήσεται. Καίτοι ἡ τῶν Ἑβραίων
πάλαι ἱερωσύνη τύπος ὑπῆρχε καὶ Ἰουδαίᾳ τῆς
καθ' ἡμᾶς ταύτης ὕψηλῆς τε καὶ οὐρανοῦ· καὶ γὰρ
αἱμασι καὶ σφαγαῖς μόνον ζώων ἀλόγων ἐξῆν
ταύτη καθαίρειν οὐ τῆς ψυχῆς, ἀλλὰ τοῦ σώματος
μολυσμοῦς καὶ κληῖδας. Καὶ ὡς ἔπος εἰπεῖν, πάντα
τὰ τελούμενα δι' αὐτῆς σκιάν εἶχε, κατὰ τὸν θεῖον
Ἀπόστολον, τῶν μελλόντων ἀγαθῶν τοσοῦτον τῶν
ἡμετέρων ἐνδέουσαν, ὅπως γῆ πρὸς τὸν οὐρανόν.
Καὶ διὰ τοῦτο πρὸς τὸ διάφορον τῆς ἡμῶν τε κακείνων
ἱερωσύνης τῶν ἱερέων ἡμῶν τε κακείνων ἀναλόγως
διαφερόντων ἦγουν ὅσον ἀγγέλων ἀνθρώποι, ὅμως
D Ναδάβ τις καὶ Ἀβιουδ υἱοὶ Ἀαρῶν ὄντες καὶ ἱερεῖς,
ἀθεσμόν τι ποτε διαπεπραχότες (ἀλλοτριῶν γὰρ πυρὶ
θυμῆν ἐπεχείρουν παρανόμως Θεῷ) παραπόδας δίκας
τῆς παρανομίας εἰσπράττονται, παρανάλωμα τοῦ
πυρὸς ἐκείνου γεγονότες ἀθρόον, καὶ οὐδ' Ἀαρῶν
ἤρκεσε πρὸς σωτηρίαν αὐτοῖς ὁ πατήρ. Ἄλλὰ τί
χρῆ περὶ τούτων λέγειν, ὅπου γε καὶ Ἀαρῶν αὐτὸς,
ὁ θεόκριτος καὶ πρῶτος παρ' ἐκείνοις ἀρχιερεὺς· ὁ
γὰρ Μωσῆσός παρὰ Θεῷ δεύτερος· μικρὸν τι προ-
σκεκρουκῶς τῷ Θεῷ τῆς ζωῆς ἐλευσινῶς ἀπορρήγνυ-
ται, μὴδὲ Μωσῆσός τοῦ ἀδελφοῦ δυνηθέντος ἐξ-
ελεῖσθαι τούτον τῆς τιμωρίας; Τί δὲ Ἡλεὶ μετὰ
ταῦτα ὁ ἱερεὺς; καίτοι καθ' ἑαυτὸν ἀγαθὸς ὑπάρχων

¹¹ Coloss. ii, 17. ¹² Levit. x, 1 seqq. ¹³ Num. xx, 24 seqq. ¹⁴ I Reg xxxiv, 1 seqq.

καὶ ἀμεμπτος, διὰ τὴν τῶν παιδῶν μόνον παρανομίαν δεινῷ θανάτῳ καταστρέφει τὸν βίον· καίτοιγε πολλάκις λόγοις ἐπιτιμίας τῶν παιδῶν ἀπέθμενος εἰ καὶ μὴ σφοδρῶς καὶ ὡς ἐχρῆν ἐπιπλήττων. Εἰ οὖν ἐκεῖνοις τῇ σικῆ παρακαθημένοις τοῦ νόμου, καὶ νηπιῶν τὴν πνευματικὴν ἡλικίαν διδασκάλους ὑπάρχουσι καὶ μυσταγωγοῖς, τοιαῦτα φοβερὰ καὶ ἀναπόδραστα παρανομοῦσι τὰ ἐπιτίμια, ὅποια ἂν εἴεν, ἀγαπητοί, τοῖς τελεσιουργοῖς τῶν ὑπερφυῶν μυστηρίων, καὶ τοῖς ἀγγέλων συλλειτουργοῖς, καὶ Θεοῦ συνεργοῖς, καὶ τῷ τῆς υἰοθεσίας πνεύματι τελείως τὴν κατὰ Χριστὸν ἡλικίαν ἀναδείκνυσι τοὺς ὑπ' αὐτῶν τελουμένους, μὴ τὸ Θεουργὸν τῆς ἱερωσύνης χρίσμα τηροῦσι καθαρὸν καὶ ἀκίβδηλον ὡς ἐντὴν, Ὅσον γὰρ τὸ διάφορον κατ' ἀξίαν τῆς νομικῆς ἱερωσύνης πρὸς τὴν κατὰ Χριστὸν, τοσοῦτον ἡ καθαρότης τε καὶ ἀκρίθεια τοῦ βίου ἐν ἐκατέρῳ ἀναλόγως ἀπαιτηθήσεται. Διὸ καὶ ἡ Σωτὴρ ἡμῶν ἔλεγεν· Ἐὰν μὴ περισσέυσῃ δικαιοσύνη ὑμῶν πλέον τῶν Γραμματέων καὶ Φαρισαίων, οὐ μὴ εἰσέλθῃτε εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν.

ἦ. Διὰ τοῦτο προσεκτέον, ἀγαπητοί, καὶ τηρητέον ἕκαστον τὸ ἑαυτοῦ σκεῦος, ὡς ὁ θεὸς Παῦλος φησιν, ἐν ἁγιασμῷ, μᾶλλον δὲ τὸ τοῦ Θεοῦ σκεῦος. Μὴ γὰρ οὐκ ἔστιν ἡ τοῦ ἱερέως χεὶρ θεία λαβὴ ἀπτομένη τοῦ Δεσποτικοῦ σώματος; Ἥ μὴ τὸ στόμα καὶ ὄλον τὸ σῶμα πικτήριον ἱερὸν δεχόμενον τὸ τοῦ Χριστοῦ σῶμα καὶ αἷμα, πολλῶν τιμιώτερον τῶν ἀψύχων τούτων λαβίδων καὶ ποτηρίων; ὅσην τὸ αὐτὸ καὶ σκεῦος καὶ μέλος ἐκ μέρους τοῦ ὑποδεχομένου καὶ Δεσποτικοῦ σώματος γίνεται; Εἰπέ μοι οὖν πρὸς Θεοῦ· Εἰ τις τὰ ἱερὰ ταῦτα καὶ ἅγια σκευή, τὴν θεῖαν λέγω λαβίδα καὶ τὸ ποτήριον τολμηρῶ γνῶμη μολύναι καὶ ὀπισθοῦν ἐπιχειρήσειεν ἀκάθαρτόν τι καὶ μαρὸν αὐτοῖς ἐμβάλων, οὐκ ἂν ἀσεβείας καὶ τῆς ἐσχάτης παρανομίας αὐτὸν ἐγραψάμεθα, καὶ μυρίων θανάτων ἐκρίναμεν ἄξιον, τολμηρῶς καὶ ἀθέως τὰ ἱερώτατα καθυβρίσαντα; Ὁ τὸ θεϊότατον ἄρα τῆς ἱερωσύνης σκεῦος, τὸ τῷ θεῷ κειρωμένον Πνεύματι, τὸ πολλῶν τῶν ἀψύχων ἱερῶν ὡς εἴρηται τιμιώτερον ὡς καὶ Χριστοῦ μέλος, καταμαίανων μολυσμοῖς ἄλλοτε ἄλλοις, πόσης ἂν εἴη κολάσεως ἄξιος; Καὶ τοι γὰρ ὁ θεὸς ἀπόστολος Παῦλος οὐ μόνον περὶ τῶν ἱερέων, ἀλλὰ περὶ πάντων ἀπλῶς πιστῶν τοιαῦτα φοβερῶς ἀπειλεῖ· Οὐκ οἰδατε γάρ, φησιν, δεῖ γὰρ τοῦ Θεοῦ ἔσσε, καὶ τὸ Πνεῦμα τοῦ Θεοῦ οἰκεῖ ἐν ὑμῖν; Εἰ τις τὸν γὰρ τοῦ Θεοῦ φθειρεῖ, φθειρεῖ τούτον ὁ Θεός.

θ. Διὰ τοῦτο τὰς μὲν ἱερατικὰς χεῖρας, θείας λαβίδας οὖτας, ὡς εἴρηται, χρὴ καθαρεύειν πάσης μὲν κλοπῆς, πάσης δ' ἀρπαγῆς καὶ πλεονεξίας· μὴδὲ τῷ θυμῷ ἢ τῇ ἐπιθυμίᾳ ἐξυψηρευμέναις, κακῶς ἄπτεσθαι

A erant, et hominum adhuc spiritali ætate infantium magistri et præceptores, tam horrendis inevitabilibusque poenis multati sunt, quæ tandem, o dilecti, manent supplicia supernaturalium sacramentorum ministros, angelorum conservos, Dei cooperatores, quique eos quos mysteriis initiant, per adoptionis spiritum perfectos secundum Christi ætatem efficiunt, nisi deificam illam sacerdotii unctionem, quantum fieri potest puram et incorruptam servaverint? Quanta est enim legalis et Christiani sacerdotii differentia, tanta in utroque vitæ puritas et excellentia proportionem respondens exigitur. Ideo et Salvator noster dicebat: *Nisi abundaverit iustitia vestra plusquam Scribarum et Phariseorum, non intrabitis in regnum cælorum* 87.

B 8. Quapropter et incumbanus, o dilecti, et suum quisque vas, ut ait beatus Paulus, in sanctificatione studeat conservare, imo potius Dei vas 88. An vero sacerdotis manus non est sacer quidam forceps Dominicum corpus pertingens? Nonne os et totum corpus est quidam sacer calix, continens Christi corpus et sanguinem, multo honorabilius ipsis inanitis forcipibus et poculis, cum idem et vas, et membrum aliqua ex parte suscepti Dominici corporis fiat? Dic ergo mihi per Deum, si quis sacrosancta hæc vasa, divinum, inquam, forcipem (42) et calicem audaci animo coinquinasset, et impuram rem quampiam atque immundam ausus fuisset in illa infundere, nonne hunc impietatis extremique sceleris accusaremus, dignumque iudicaremus, qui mille mortibus lueret pœnas quod insolenter et impie res sacratissimas violasset? Qui ergo sanctissimum sacerdotii vas, quod est sancto Spiritu deauratum, quodque multo est honorabilius, uti diximus, inanitis sacris, quippe quod est Christi membrum, variis maculis diversimode inquinat, quo supplicio dignus erit? Atqui certe beatus apostolus Paulus non solum sacerdotibus, sed in universum omnibus fidelibus, hæc eadem formidabiliter interminatur: *Nescitis enim, ait, quod Dei templum estis, et Spiritus Dei habitat in vobis? Si quis templum Dei corrumpit, corrumpet hunc Deus* 89.

9. Ideo sacerdotiales manus, quæ sacri forcipes sunt, ut dictum est, oportet puras esse ab omni furto, ab omni rapina improbaque cupiditate bonorum alienorum, neque inservientes iræ, aut de-

87 Matth. v, 20. 88 I Thess. iv, 4. 89 I Cor. iii, 16.

42) *Forcipem*. Utuntur Græci istrumento quodam tum ad extrahendas e calice corporis particulas, tum ad subministrandam Eucharistiam populo, sub utraque specie communicanti; illius forma est ad linguæ similitudinem, ita ut intinctum sanguine corpus capere et retinere possit, vocantque illi nunc *λαβίδα*, ut et noster. Quæ quidem vox nova videtur, non enim in antiquis Patribus eam reperiri crediderim. Chryso-

stomus *λογχὴν lanceolam* vocare videtur, si modo de hoc intelligit, et non de illa, qua ante sacrificium panis fermentatus in particulas postea consecrandas scinditur, quæ nunc formam habet; cultri, fitque hoc in parvula quadam mensa, quam ipsi prothesin vocant. Verba Chrysostomi, in principio Liturgiæ sunt, *Et incidens lanceola signaculum panis in quatuor partes in figuram crucis*.

siderio male tangendi carnes, quas nefas est, id est A
 manibus adversus fratres tanquam lictoribus utendi,
 imo potius, ut habentibus a Deo medicinalem gratiam
 in medelam animarum. Sed nec decet libidinosæ voluptatis
 causa extendere eas in execrandum tactum; eas, inquam,
 quæ mortem Domini per formidabile hoc et inenarrabile
 sacrificium annuntiant, atque ideo mortuæ immobilesque
 esse debent ad omnem obscenam voluptatem, contra vero ad
 omne opus bonum promptæ ac paratæ. Sacerdotem itaque
 qui pro peccatis suis et populi erroribus (mediator enim
 est Dei et hominum) deprecatur, tollere ubique eas ad
 Deum oportet innocentes, ab ira et discepcionibus vacuas,
 erga homines vero illas extendere, ad afflictos quidem
 juvandos, ad ægrotos visendos, ad sublevandos egentes.
 Hæc enim sacerdotales manus multo melius expurgare
 solent, quam hyssopi omnes. Et illotis certe immundisque
 manibus nullus unquam sacerdos sacramysteria attingere
 audeat, nisi prius aqua bene illas terserit: nonne igitur
 illas prædictis bonis studiose emundare multo magis oportet?
 Hæc enim non carnis sordes aut superficiei ejus tantum
 emundant, sed intima animæ nive candidiora efficiunt.
 Hocce igitur animatos et sacerdotales forcipes, o dilecti,
 purgare opus est, atque ita demum sacris mysteriis
 admovere. Si enim Oza ille⁴³, cum tetigisset (quod non
 licebat) arcam, quæ umbra tantum et figura erat, periit,
 quanta (43) cum reverentia et timore atque demissione
 animi accedere oportet ad exemplaria ac cœlestia et illis
 appropinquare? Quid porro calix qui divinum corpus et
 sanguinem excipit Salvatoris; os, inquam, sacerdotis,
 quæ tandem ratione expiandum est? Sed operæ pretium
 erit et ea quæ insciunt, et rursus quæ purgare possunt,
 in medium proferre, eaque omnibus patefacere, ut ab
 illis omni studio abstinendum, hæc vero alacriter atque
 avidè arripienda esse moneamus. Immunditia ergo oris est
 blasphemia, et ingrati animi verba in Deum impie prolata
 ex nimia perfidia et in tentationibus pusillanimitate;
 jusjurandum etiam, et multo magis perjurium, quod
 manifesta est Dei abnegatio. Similiter mendacium
 pessimum diaboli fetus, antiquæ causæ perfidionis, esca
 peccati et mortis primorum parentum, omniumque qui
 illo utuntur perditio: *Perdes enim*, inquit, *omnes qui loquuntur
 mendacium*⁴⁴. Ad hæc autem obtrectatio, injuria, convici-
 um; quæ radicis amaræ humanæ, scilicet inimicitia, amarissima
 sunt profecto germina, sed et obscenitas, stultiloquium,
 scurrilitas, quæ ad rem non pertinent, clamor et malus
 sermo (44). Nam ut ab his aliisque hujusmodi rebus
 abstinemus sacerdos nos hortatur Apostolus⁴⁵. Et jure
 quidem: si enim

⁴³ II Reg. vi, 1 seqq. ⁴⁴ Psal. v, 7. ⁴⁵ Ephes. iv, 13 seqq.

(43) *Quanta* Vaticanus πάσης. Messanensis πόσης.
 (44) *Malus sermo*. Λόγος σαπρός, *verbum putridum*
 sonat, sed nos retinimus Latinam vulgatam, quæ
 verba illa Apostoli, ad quæ allusit Theophanes, ad

σαρκῶν ὧν οὐ θέμις, τουτέστι μήτε δημίωv δίκην
 χρῆσθαι ταύταις κατὰ τῶν ἀδελφῶν, Ιατρικὴν μᾶλλον
 χάριν ἐχούσαις παρὰ Θεοῦ εἰς Θεραπείαν ψυχῶν,
 μήτε δι' ἡδονὴν ἀκρίλαστον ἐκτείνειν ταύτας εἰς
 ἀφῆν ἀποτροπαιον, τοῦ Κυρίου τὸν θάνατον ἀγγελ-
 λούσας διὰ τῆς φρικτῆς καὶ ἀνεκδιηγήτου Ιερουργίας·
 καὶ διὰ τοῦτο νεκρὰς καὶ ταύτας καὶ ἀκινήτους
 ὀφειλούσας ὑπάρχειν πρὸς πᾶσαν αἰσχρὰν ἡδονήν.
 ἀλλὰ πρὸς πᾶσαν ἀγαθὴν ἐργασίαν, μᾶλλον πρόχει-
 ρον ὑπάρχειν καὶ πρόθυμον· καὶ διὰ τοῦτο πρὸς
 Θεὸν μὲν αἴρειν ταύτας ὄσας ἐν παντὶ τόπῳ χωρὶς
 ὀργῆς καὶ διαλογισμῶν εὐχόμενον ὑπὲρ τε τῶν ἰδίων
 ἀμαρτημάτων καὶ τῶν τοῦ λαοῦ ἀγνοημάτων·
 ἀμείψτης γὰρ Θεοῦ καὶ ἀνθρώπων καθίστηκε· πρὸς
 δὲ τοὺς ἀνθρώπους ἐκτείνειν εἰς βοήθειαν μὲν
 B καταπονομένων, ἐπίσκεψιν δὲ ἀσθενούντων, μετὰ-
 δοσιν δὲ καὶ χορηγίαν τῶν δεομένων. Ταῦτα γὰρ
 καθαίρειν τὰς Ιερατικὰς οἰδὲ χειρὰς ὕσώπου παντὸς
 βέλτερον. Καὶ τοὶ ἀνίπτους καὶ βερυπωμέναις χερσὶν
 οὐδαὶς ἂν ἀνάσχοιτο τῶν Ιερέων ποτε τῶν θείων
 ἄφασθαι μυστηρίων, ἕως ἂν ὕδατι ταύτας καλῶς
 ἀπονίψῃται, οὐ πολλῶ ὅυν μᾶλλον τοῖς εἰρημένοις
 ἀγαθοῖς καθαίρειν ταύτας διὰ σπουδῆς τίθεσθαι
 γρη; οὐ ῥύπον σαρκὸς, οὐδὲ τὴν ἐπιφάνειαν ταύτης
 δυναμένους μόνον ἐκπλύνειν, ἀλλὰ τὰ βέδη τῆς
 ψυχῆς, χιόνος λαμπρότερον ἀποφαίνειν. Καὶ γὰρ τὰ
 ἐμφύχους καὶ Ιερατικὰς-θείας λαβίδας, οὕτω καθαρ-
 τέον, ἀγαπητοί, καὶ οὕτω τοῖς Ιεροῖς προσαιτέον.
 Εἰ γὰρ Ὅζῳ ἐκεῖνος τῆς σκιάδους καὶ τυπικῆς
 κειωτοῦ μόνον ἀψάμενος, ὡς οὐ θέμις, ἀπόλετο
 C παραχρημα, μετὰ πόσης εὐλαθείας καὶ φόβου καὶ
 συστολῆς τοῖς ἀρχετύποις καὶ οὐρανίοις προσέρ-
 χεσθαι δέον καὶ προσεγγίζειν; Τί δὲ τὸ δεκτικὸν τοῦ
 θεοῦ σώματος τε καὶ αἵματος τοῦ Σωτήρος ποιτήριον,
 τὸ στόμα λέγω τοῦ Ιερέως, καθαίρειν γρη; Καλὴν
 γὰρ, καὶ τὰ μολύνοντα, καὶ καθαίρειν πάλιν τοῦτε
 δυνάμενα προθένας εἰς μέσον καὶ δῆλα πεποιηκότας,
 τῶν μὲν ἀπέχεσθαι πάση σπουδῇ παραινέειν, τῶν δὲ
 μεταποιεῖσθαι προθύμως. Ἀκαθαρσίᾳ μὲν οὐκ
 στόματος ἂν εἴη βλασφημία καὶ εἰς Θεὸν ἀχαριστίας
 ῥήματα, ἐξ ἀγνωμοσύνης πολλῆς καὶ μικροψυχίας
 διὰ τινα πειρασμὸν ἀδίκω; ἀναπεμπόμενα· ἔτι
 ὄρκος καὶ πολλῶ πλέον ἐπιορκία, ἀρνήσις ἀντικρυ;
 οὔσα Θεοῦ. Ὡσαύτως ψεῦδος τὸ τοῦ πονηροῦ πονη-
 D ρότατον γέννημα τὸ τῆς ἀρχαίας αἰτίου ἀπωλεία, τὸ
 δέλεαρ τῆς προπατορικῆς ἀμαρτίας καὶ τοῦ θανάτου,
 καὶ πᾶσι τῆς χρωμένοις ἀπόλειτα. Ἀπολείς γὰρ,
 φησὶ, πάντα τοὺς λαλοῦντας τὸ ψεῦδος. Πρὸς δὲ
 τοῦτοις καταλαλιὰ, καὶ ὕβρις, καὶ λοιδωρία, τὰ τῆς
 πικρᾶς ῥίζης, τῆς μισανθρωπίας φημί, πικρότατα
 ὄντως βλαστήματα· οὐ μόνον δὲ, ἀλλὰ καὶ αἰσχροῖτης
 καὶ μωρολογία καὶ εὐτραπέλια τὰ οὐκ ἀνήκοντα,
 καὶ κραιπή καὶ λόγος σαπρός, ἐπεὶ καὶ τούτων καὶ
 τῶν τοιοῦτων ἀπάντων ὁ θεός· Ἀπόστολος ἀπέχεσθαι

Ephes. iv, Πᾶς λόγος σαπρός ἐκ τοῦ στόματος ὁμῶν
 μὴ ἐκπορευέσθω, reididit: *Omnis sermo malus ex
 ore vestro non procedat.*

παραίνει, καὶ εἰκότως. Εἰ γὰρ καὶ ὑπὲρ ἀργοῦ λόγου ἂν λέγον ὀσσομεν, ἀδελφοί, πολλῶ μᾶλλον ὑπὲρ τῶν εἰσημένων εὐθυσθησόμεθα. Καὶ τί λέγω ὑπὲρ λόγων; ὅπου γε καὶ ὑπὲρ τῶν λογισμῶν αὐτῶν λόγους ὑφέξομεν, καθὼς φησὶν ὁ μακάριος Παῦλος· *Καὶ μεταξὺ ἀλλήλων τῶν λογισμῶν κατηγοροῦντων ἢ καὶ ἀπολογουμένων ἐν ἡμέρᾳ δεῖ κρινεῖ ὁ Θεὸς τὰ κρυπτὰ τῶν ἀνθρώπων.* Καὶ οὗτοι μὲν οἱ βορβορώδεις τοῦ στόματος μολυσμοὶ, καὶ τὰ δηλητήρια πόματα, τὰ τῆς ψυχῆς ἀληθῶς ἀναιρετικά. Τὰ δὲ χρυσοῦ καὶ λίθων τιμίων λυμπρίτερον τὸ στόμα πεφυκότα κατασκευάζειν, καὶ τῆς θείας χάριτος δοχεῖον ἐπάξιον. καὶ ἀντικείμενα τούτοις· τὰ γὰρ ἐναντία εἶσιν ἱερῶν παιδῶν τῶν ἐναντίων ἰάματα· εἶεν δ' ἂν εὐχαριστία διηνεχῆς εἰς Θεόν, μὴ μόνον ἐν εὐπραγίαις, ἀλλὰ πολλῶ πλέον ἐν πειρασμοῖς. Εἰδέναι γὰρ δεόν ἐστι καὶ οἱ πειρασμοὶ φάρμακά εἰσι θεραπευτικά τῆς ἡμετέρας ψυχῆς, καὶ τῆς εἰς βάθος ταύτης πολυχρονίου κακίας, τὸ μὲν αὐστηρὸν τε καὶ δάκνον ἔχοντα, τὴν δὲ ὑγίαν ῥῆσιν τῶν ἀλλῶν ἀπάντων παρέχειν δυνάμενα. Διὸ ὑπομονῆ; ἐν τοῖς τοιούτοις μετ' εὐχαριστίας, ὡς ἐφθρται, χρεῖα. Ἄν γὰρ μὴ τὸ σῦμφρον αὐτῶν πρὸς καιρὸν ὑπομείνωμεν, οὐκ ἂν τῆς ἐξ αὐτῶν θεραπείας τευξώμεθα. Ὡσαύτως προσευχὴ τε ψαλμωδία καὶ δοξολογία διηνεχῆς μετὰ προσοχῆς τε καὶ συντηρήσεως. Εἰ γὰρ μὴ τοῖς λεγομένοις προσέχομεν ἀκριδῶς, ἀλλ' ἢ μὲν γλῶσσα φθέγγεται, ὁ δὲ νοῦς ἀκαρπος μένει, τοῖς βιωτικοῖς λογισμοῖς ἢ πάθεσι τισι ψυχοφθόροις ἐνασχολούμενος, εἰς ἀγανάκτησιν, ἀλλ' οὐκ εἰς ὀκτον, ἐπισπώμεθα τὴν Δεσπότην. Διὰ τοῦτο γὰρ καὶ ὁ Θεὸς ἀπόστολος Παῦλος εἰπὼν, ὅτι *Πληροῦσθε ἐν πνεύματι λαλοῦντες ἑαυτοῖς ψαλμοῖς καὶ ὕμνοις καὶ ᾠδαῖς πνευματικαῖς ᾄδοντες καὶ ψάλλοντες*, προσέθηκεν, *ἐν τῇ καρδίᾳ ὑμῶν τῷ Κυρίῳ*, τοῦτέστι, Μὴ τοῖς χεῖλεσι μόνον τὴν δοξολογίαν προφέρετε, ἀλλὰ τῇ καρδίᾳ πολλῶ πλέον, ἤγουν μετὰ προσοχῆς τε καὶ πόθου καὶ κατανύξεως. Καὶ γὰρ, χωρὶς χειλέων καὶ γλώττης, δυνατὸν ἐστὶν εὐχόμενον καὶ δοξολογοῦντά τινα μόνῃ τῇ καρδίᾳ παρὰ Θεοῦ εἰσακούεσθαι· ἐπεὶ καὶ Μωϋσῆς σιωπῶν ἦν τῷ στόματι· τῇ δὲ καρδίᾳ μόνῃ προσλαλῶν τῷ Θεῷ, ἀλλὰ, *Τί βοᾷς πρὸς με; παρὰ τοῦ ἐτάζοντος τὰς καρδίας ἀκήκοε· χωρὶς δὲ καρδίας ἀδύνατον.* Ἰουδαίους γὰρ ὁ Θεὸς μεμφόμενος τῷ στόματι μόνον, χωρὶς καρδίας, τιμᾶν αὐτὸν οἰομένοις, διὰ τοῦ Ἡσαίου ἔλεγεν, ὅτι *Ὁ λαὸς οὗτος τοῖς χεῖλεσι με τιμᾷ, ἢ δὲ καρδία αὐτῶν πέρρω ἀπέχει ἀπ' ἐμοῦ.*

“ Rom. II, 15. “ Ephes. V, 18-19. “ Isa. CXXIX, 15; Matth. XV, 8.

(45) *Austera ac mordentia.* Ea intelligere videtur, quæ fortia, sive acria medicamenta medici vocant, quorum scilicet facultas maxima est, ac proinde debilibus danda non esse præcipit Hippocrates in libro *De locis*. His annumerari possunt ex frigidis Narcotica et Hypnotica, ex calidis Escharotica, quæ caustica sive urentia, ex siccis Septica, et denique quæcumque anodynis contraria. Quibus et ea ex purgativis, quæ cathartica appellant, quod in eorum propinatione, propter vehementiam, modus adhibendus sit, conjungere poterimus: apud Avicennam exasperativa, ulcerativa, corrosiva, frangitiva, excortiativa,

de otioso verbo rationem reddituri sumus, o fratres, multo magis de prædictis judicium subibimus. Et quid de verbis inquam? ubi et de cogitationibus ipsis reddenda est ratio, ut beatus Paulus ait: *Et invicem inter sese accusantibus, vel sese defendentibus cogitationibus in illa die, qua judicaturus est Deus occulta hominum* 45. Et hæc quidem oris sunt cænosæ sordes, noxiique potus, qui vere necant animam. Illa vero quæ os efficere solent gemmis et auro illustrius, divinæque gratiæ dignum receptaculum, et iis sunt oppositæ quæ prius diximus (nam, ut aiunt medici, contraria contrariis curantur), sunt hæc: Gratia, quas Deo quis assidue agit, non solum in prosperis rebus, sed multo magis in tentationibus. Scire enim oportet adversitates esse animæ nostræ ejusque interni et inveterati morbi pharmaca curativa, austera illa quidem et mordentia (45), sed quæ sanitatem facilius quam cæteræ omnes medicinæ restituere valent. Ideo in his opus est (uti diximus) patientia cum gratiarum actione. Nisi enim medicamentorum austeritatem ad tempus patiamur, nunquam medelam, quam conferunt, assequemur. Similiter oratio et psalmodia assidue Dei glorificatio cum observatione et attentione. Nisi enim sedulo ad ea quæ recitantur attendamus, sed lingua quidem loquatur, mens vero infructuosa in mundanis versetur cogitationibus, et quibusdam affectionibus quæ animam perducunt distrahatur, ad indignationem Dominum, non ad misericordiam provocabimus. Ideo cum dixisset beatus Paulus Apostolus: *Implemini spiritu, loquentes vobismet ipsis in psalmis, hymnis, et canticis spirituulibus, cantantes et psallentes, audidit, in corde vestro Domino* 46, hoc est, non labiis tantum glorificationem offerte vestram, sed multo magis corde, scilicet cum attentione, affectu, et compunctione. Etenim sine labiis et lingua potest quis solo corde deprecans glorificansque a Deo exaudiri. Moyses enim ore quidem tacens, corde tamen Deum alloquebatur, audivitque ab eo, qui corda scrutatur: Quid clamas ad me? At fieri non potest ut lingua recte quis oret sine corde. Judæos enim arguit Deus quod ore tantum, non corde (46), honorari a se ipsum putabant, per Isaiam dicens: *Populus iste labiis D me honorat, cor autem eorum longe est a me* 47.

atque ejus generis sexcenta legimus. De eorum vero facultatibus habemus Galeni, Dioscoridis, Æginetæ, Mesues, et aliorum eleganties libros, qui de plantis, et aliorum simplicium et compositorum facultatibus locuti sunt.

(46) *Sine corde.* Quæ sint fructuosæ orationis partes, qualemque in oratione præstare se debeat, qui a Deo exaudiri vult, orationisque effectum consequi, docte et fuse explicat doctor Franciscus Teletus super Joannem, cap. XVI, ad cujus lectionem lectorem remittimus.

Et de oratione quidem, et psalmodiarum cantu sic A sentio. Oportet autem et sacramenta Scripturarum cum prudentia et perscrutatione studium et lectionem frequentare, sicut præcepit Dominus noster: *Scrutamini, inquit, Scripturas* 47. Decet non minus et alios docere, nec gravari eos instruere. Ante omnia vero et in omnibus veritati adherere quæ est sancti Spiritus nativum bonum (47). Hoc enim nomen præ aliis Dominus sibi tanquam proprium vindicavit: *Ego, inquit, sum veritas, et Spiritus veritatis est, qui ex Patre procedit* 48. Benedictiones et bene precandi favorem, non iis modo qui vos diligunt, verum etiam quibus odio estis rependere curate: *Benedicite enim, inquit, vos persequentibus, benedicite et non execremini* 49. In primis vero, charissimi, iram et similitatem erga proximum, si quando tale quid instigatione discordiarum amatoris demonis contigerit, ante solis occasum depnere atque abjicere necessarium vobis ducite. *Ne occidat enim sol, inquit, super iracundiam vestram* 50. Neque iram quis ferens in anima, sacra munera audacter tangat, antequam ad pacem redeat, reconcilieturque fratri secundum præceptum Dominicum 51; non enim convenire possunt amor et odium, ut nec lumen et tenebræ; Christus autem est nostra pax, qui fecit utraque unum, ut ait beatus Apostolus 52. Fieri ergo non potest, ut pacis auctorem Christum in cor suum ulla ratione accipiant qui inimicitias ulla ac similitatem in seipsis adversus aliquem nutriunt, nisi prius tanquam mortiferum C venenum evomuerint illam, abjecerintque procul ab anima.

Hæc sunt animæ et corporis purgandorum curandorumque vim habentia pharmaca. Hæc sunt, quæ omni ex parte perficiunt sacerdotes, ut sint divina vasa, capacia sacerdotalis deiscæque gratiæ sancti Spiritus. Hæc sunt, ut rem paucis complectar, conditiones et proprietates, quæ venerandum ac sacerdotalem vivendi modum constituunt. Omitto enim mortifera enarrare peccata, fornicationem nempe, omnemque aliam carnalem impuritatem; homicidium (48) etiam, et præstigias, dæmo-

47 Joan. v, 39. 48 Joan. xv, 26. 49 Rom. xii, 14.

(47) *Nativum bonum.* Sicut Deus falli non potest, ita nec fallere, idque bonus hic Dominus in cuius clientela sumus peculiare habet, et quasi pro imperii sui παρασήμω. Dii quidem gentium mendaces ac vani sunt, homines perfidi et fallaces, quidquid sub cælo visitur, incertum et instabile. Solus Deus veritas ipsa, Filius ejus quem nobis misit veritatis plenus, et in hoc natus ut testimonium perhiberet veritati. Eorum Amor et Caritas veritati congaudet, ac proinde Spiritus veritatis dicitur. Quin et Dei lex veritas appellatur. Ut nihil invenire possis in tota hac divina et beata essentia, quaqua illam consideres, quod veritatem non sapiat ac redoleat. Quapropter ii qui se veros sectatores illius profitentur, nihil studiosius curare debent, quam veritatem amare, cum mendaces diaboli esse filios testetur ipse Dominus. Et vero fixum hoc animis hominum esse oporteret veritatisque nobilitatem, mendacique vitium ob oculos semper habere

Και περί μὲν τῆς προσευχῆς τε καὶ ψαλμωδίας οὕτως. Δεῖ δὲ καὶ πῶν βιβλίων λογίων μετὰ συνέσεως καὶ ἐρεύνης τὴν μελέτην ποιέσθαι καὶ τὴν ἀνάγνωσιν, καθὼς ὁ Κύριος διετάξατο· Ἐρευνᾶτε γὰρ, φησί, τὰς Γραφάς· οὐ μόνον δὲ, ἀλλὰ καὶ διδάσκειω καὶ νοουθετεῖν τοὺς ἄλλους μὴ παραιτεῖσθαι. Πρὸ δὲ πάντων καὶ σὺν πᾶσι τῆς ἀληθείας ἀντέχεσθαι, ἣ ἐστὶ τοῦ θεοῦ Πνεύματος φυσικὸν ἀγαθόν. Ἦς γὰρ τὸ ἵνομα πρὸ παντὸς ὡς ἴδιον ὁ Κύριος ὑψεῖωσατο· Ἐγὼ γὰρ εἰμι, φησὶν, ἡ ἀλήθεια, καὶ τὸ πνεῦμα τῆς ἀληθείας ἐστίν, ὃ παρὰ τοῦ Πατρὸς ἐκπορεύεται. Εὐλογεῖται καὶ εὐφημαῖς μὴ μόνον τοῖς ἀγαπῶσιν, ἀλλὰ καὶ τοῖς μισοῦσιν ἀμείβεσθαι διὰ σπουδῆς ὑμῶν ἔστω· Εὐλογεῖτε γὰρ, φησὶ, τοὺς διώκοντας ὑμᾶς, εὐλογεῖτε καὶ μὴ καταρᾶσθε. Πρὸ δὲ τούτων, ἀγαπητοί, τὴν πρὸς τὸν πηχαιὸν ὀργὴν καὶ ἀπέχθειαν, εἰποτέ τι τοιοῦτον ἐπήρειά τινι συμβαίη φιλοπολέμου δαιμονος, πρὸ θυσμῶν ἡλίου καταλύειν ἐπάναγκες· Μη ἐπιδυνέτω, γὰρ φησὶν, ὁ ἥλιος ἐπὶ τῷ παραρηγισμῷ ὑμῶν, μηδὲ τὴν μῆνιν ἐν τῇ ψυχῇ φέρων τις τῶν θεῶν δώρων τολμηρῶς ἐπαφάσθω, ἕως ἂν σπεύσῃται καὶ καταλλαγῆται τῷ ἀδελφῷ κατὰ τὴν Δεσποτικὴν ἐντολήν· οὐ γὰρ δύναται συναλλεῖν ταυτῶ ἐιρήνη καὶ μῖσος, ὡσπερ οὐδὲ τὸ φῶς καὶ τὸ σκότος· ὁ δὲ Χριστὸς ἐστὶν ἡ ἐιρήνη ἡμῶν, ὃ ποιήσας τὰ ἀμφοτέρω ἐν, καθὼς φησὶν ὁ θεὸς· Ἀπόστολος· Ἀδύνατον ἄρα τὸν εἰρηνάροχον Χριστὸν ἐν καρδίᾳ καὶ ἔπωσοῦν δεξέσθαι τοὺς ἐχθρᾶν τινὰ καὶ δυσμένειαν ἐν ἑαυτοῖς κατὰ τινοσ τρέφοντας, μὴ πρότερον ἰδὸν θανατηφόρον ταύτην ἐμέσαντας, καὶ τῆς ψυχῆς πόρρω ποιησαμένων.

α'. Ταῦτά ἐστι τὰ τῆς ψυχῆς καὶ τοῦ σώματος καθαρτήρια, καὶ θεραπευτικὰ φάρμακα. Ταῦτά ἐστι τὰ τοὺς ἱερεῖς ἀπαρτίζοντα, θεῖα σκευὴ χωρητικὰ τῆς τοῦ ἀγαθοῦ Πνεύματος ἱερατικῆς καὶ θεοποιοῦ χάριτος. Ταῦτά ἐστίν, ὡς ἐν ὀλίγῳ εἰπεῖν, τὰ τῆς σεμνῆς καὶ κατὰ θεῖν ἱερατικῆς πολιτείας τὰ συστατικὰ ἰδιώματα. Ἐὼ γὰρ λέγειν περὶ τῶν εἰς θάνατον φερόντων ἀμαρτημάτων, πορνείας δηλαδὴ καὶ πάσης σαρκικῆς ἄλλης ἀκαθαρσίας, ἐπεὶ δὲ φόνου καὶ γοητείας καὶ δαιμονικῶν ἐπιφθῶν τε

50 Ephes. iv, 26. 51 Matth. v, 23. 52 Ephes. ii, 14.

Præsertim cum ethnicis ipsis hoc fuerit cognitum. *Veritas* (inquit Græcus poeta) *cæli civis est, et sola fruitur deorum convivio.* Antiquissimi Pythagæorum veritate dicebant similes homines fieri diis. Stoici post hos μηδὲν τῆς ἀληθείας τιμιώτερον, nihil veritate esse pretiosius clamabant. Academicorum vocem illam nunquam satis aut intellectam, aut laudatam legimus: *Felix esse non potest, qui mentitur.* Mollissimi tandem Peripatetici in hoc uno constantes Ὅσιόν ἐστι, inquirunt, *pium est amicos, res proprias, seipsum propter veritatem deserere.* Populos quosdam aiunt deum suum, quem Onomagden vocabant, describentes, corpore luci similem asseruisse, anima veritati.

(48) *Homicidium.* Vaticanus contextus φόνου, ora vero cum nota correctionis φόνου. Sed cum in Messanensi habeatur prior lectio, eam retinere visum est.

καὶ μαντειῶν, οἷς οὐδὲ τοὺς λογισμοὺς ὅλως ἐπι-
 βάλλειν προσήκει καὶ τὴν καρδίαν τῇ μνήμῃ κα-
 ταβῆρπαίνειν. Ὁ βλέπων γὰρ, φησὶν, γυναῖκα
 πρὸς τὸ ἐπιθυμῆσαι αὐτήν, ἤδη ἐμολίχυσεν αὐ-
 τὴν ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτοῦ. Πρὸς θάνατον δὲ ἀμαρ-
 τίας εἰρηται τὰ τοιαῦτα, ὅτι τὸν ἀλόγῃ τοιοῦτω τιλ
 πάθει καὶ πλημμελήματι ἱερέα ἀδύνατόν ἐστι τὴν
 ἱερωσύνην ἀξίως κεκτεσθαι, καὶ νεκροὺς ἀναστή-
 σει. Καὶ ταῦτα μὲν τοῖς ἱερεῦσιν ἀπλῶς παῖσι καὶ
 τοῖς λοιποῖς ἄλλοις τοῖς τοῦ θεοῦ ἡξιωμένοις βῆ-
 ματος. Ἐπεὶ καὶ τοῦτοι σκοποῦς πρὸς τὸν τέλειδν
 βαθμὸν τῆς ἱερωσύνης ἀναδραμεῖν. Καὶ διὰ τοῦτο
 χρῆ τοῖς εἰρημένοις ἰδρώσι καὶ πόνοις παραπ-
 σίως τοῖς πρεσβυτέροις ἐγκαταρεῖν, καὶ τοῦτοις
 εὐτόνωσ συναγωνίζεσθαι. Οἱ γὰρ καλῶς, φησὶ,
 διακορήσαντες, βαθμὸν ἑαυτοῖς καλὸν περι-
 ποιοῦνται, καὶ πολλὴν παρρησίαν ἐν πίστει τῇ
 ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ. Οἱ δὲ λογισμοὺς ἀνθρώπων καὶ
 ψυχῶν ἀβρώσηματα πρὸς τῷ τῆς ἱερωσύνης χαρι-
 σματι θεραπεύειν λαχόντες λύειν τε καὶ δεσμεῖν
 ἀμαρτίας ἐξουσίαν εἰληφότες παρὰ Χριστοῦ, ἐτι καὶ
 κλειονος δεθησονται τῆς σπουδῆς, καὶ τῶν κατ'
 ἀρετὴν ἰδρώτων καὶ πόνων, ὄσῳ καὶ μείζονος
 ἡξίωνται δωρεᾶς τε καὶ δόξης. Καὶ διὰ τοῦτο πολ-
 λὴν μὲν ἐξέτασιν καὶ μελέτην ὀφείλουσι διηνεκῶς
 ποιεῖσθαι τῶν ἱερῶν καὶ θείων κανόνων, ὥστε μη-
 δέντι τούτων ἐκτός τοιμᾶν διαπατραχέαι, ἀλλὰ κα-
 θῶς ἂν ἐκαίνοι διαγορεύοιεν τὰς τῶν ἀνθρώπων ψυ-
 χὰς θεραπεύειν ἐπιμελεῖσθαι. Πρὸ δὲ τούτων ἐργά-
 τὴν ὀνεπαίσχοντον εἶναι, τύπον καλὸν ἑαυτὸν τοῖς
 ἄλλοις παρέχοντα, διδασκίχην, φιλόξενον, λυπου-
 μένοις παραμυθητικόν· ἀντεχόμενον ἀεὶ τοῦ λόγου
 τῆς παρακλήσεως, πενομένοις μεταδοτικόν, εὐθη-
 νομένοις χαλιναγωγόν, μὴ πάροινον, τουτέστιν
 ὕδριστὴν, κατὰ τὴν τοῦ θεοῦ Παύλου παραίνεσιν,
 μὴ πλῆκτικὴν, μὴ αἰσχροκερδῆ, ἀλλ' ἐπεικτῆ, ἔμα-
 χον, ἐν πραδότητι παιδεύοντα τοὺς ἀντιδιακειθεμέ-
 νους, μὴ ποτε ὀψ αὐτοῖς ὁ Οεὸς μετάνοιαν εἰς ἐπι-
 γνωσιν ἀληθείας, καὶ ἀνανήψωσιν ἐκ τῆς τοῦ δια-
 βόλου παγίθος, ἐξωγρημένοι ὀπ' αὐτοῦ εἰς τὸ ἐκεῖνον
 θέλημα. Ταῦτα πάντα ποιοῦντες, ἀγαπητοί, καὶ
 ὀμὰς αὐτοὺς σώσετε, καὶ τοὺς ἀκούοντας ὀμῶν.
 Προσεύχεσθε δὲ καὶ περὶ ἡμῶν, ἵνα τὰ καθ' ἡμὰς
 εἰς προκοπὴν τοῦ Εὐαγγελίου τοῦ Χριστοῦ προέρχη-
 ται καθ' ἐκάστην, καὶ ὀπως εὐσταλῶς δι' ὀπομο-
 νῆς τρέχωμεν τὸν προκαίμενον ἡμῖν ἀγῶνα, ἀφο-
 ρῶντες εἰς τὸν τῆς πίστεως ἀρχηγὸν καὶ τελειωτὴν
 Ἰησοῦν Χριστόν, ὡς ἂν καὶ ποιμένες καὶ ποιμνιον
 τῆς ἐν παραδείτῳ μάνδρας ἀξιώθειμεν ἐν αὐτῷ
 Χριστῷ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν, ὃ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος εἰς
 τοὺς αἰῶνας τῶν αἰῶνων. Ἀμήν.

niacasque incantationes ac divinationes, quas
 quidem nec cogitatione complecti decet, aut earum
 memoria cor coinquinare, dictum est enim: *Qui vide-
 rit mulierem ad concupiscendum eam, jam mæchatus
 est eam in corde suo* ⁷¹. Et hæc quidem peccata
 mortifera dicunt, eo quod sacerdotem ejusmo-
 di aliquo morbo delictive corruptum, impossibile
 sit sacerdotium digne possidere, etiamsi mortuos
 suscitaret. Hæc vero omnibus sacerdotibus, commu-
 niter dicta sint, cæterisque aliis, qui sacri altaris
 gradum consecuti sunt. Nam et istis scopus est ad
 perfectum sacerdotii gradum pervenire. Et ideo illos
 oportet sudoribus atque laboribus æque ac presby-
 teros sese dare, et una cum ipsis strenue certare:
Qui enim bene ministraverint (49), inquit, *gradum
 bonum sibi acquirent, et multam fiduciam in fide,
 quæ est in Christo Jesu* ⁷². Quibus vere cogitationes
 hominum animarumque morbos sacerdotii dono sa-
 nare datum est, et solvendi peccata, et ligandi po-
 testatem a Christo acceperunt, majori etiam cona-
 tu ac studio indigebunt, majoribusque virtutis
 sudoribus ac laboribus, quanto majori dono et glo-
 ria digni habiti sunt. Atque ideo multam perscruta-
 tionem ac meditationem sacrorum divinorumque
 canonum adhibere assidue debent, ut nihil præter
 illos audeant facere, sed juxta eorum statuta ani-
 mis hominum curandis incumbant. Ante omnia
 vero operarium esse oportet irreprensibilem, esse
 aliis bonum exemplar exhibentem, ad docendum para-
 tum, hospitalem, amicum, dolentium consolatorem,
 verba exhortationis semper sibi retinentem, paupe-
 ribus largitorem, opulentos frænantem, non vino-
 lentum, id est injurium (50), juxta divi Pauli adhorta-
 tionem ⁷³, non percussorem, non turpis lucri cupi-
 dum, sed mitem, sine contentione cum modestia
 corripientem eos qui resistunt veritati, ne quando
 Deus det illis pœnitentiam (51) ad cognoscendam
 veritatem, et respiciant a diaboli laqueis, a quo
 captivi tenentur ad ipsius voluntatem. Hæc omnia
 facientes, o dilecti, et vos ipsos salvabitis, et eos
 qui vos audiunt. Orate autem et pro nobis etiam,
 ut in dies res nostræ ad incrementum Evangelii
 Christi bene procedant, utque expedite per pa-
 tientiam propositum nobis percurramus certamen,
 D insipientes in fidei auctorem et consummatorem
 Jesum Christum, ut et pastores et ovile simul
 cœlesti mansionem digni simus, in ipso Christo Do-
 mino nostro, cui gloria et Imperium, in sæcula
 sæculorum. Amen.

⁷¹ Matth. v, 28. ⁷² I Tim. iii, 13. ⁷³ I Tim. iii, 3, 4; II Tim. ii, 25.

(49) *Qui bene administraverint*. Alludit ad dia-
 conos, quos bene ministrare nominis sui memores
 (διακονέω, ministro) oportet. Eadem ethymologiae
 ratione canon. 37 concilii IV Carthaginiensis, et IV
 Toletan. 39, jubet eis ministros se esse, agnoscere.

(50) *Injurium*. Non ita facile invenias in expo-
 sitionibus Pauli vocem πάροινον. injuriosum, contu-

meliosum, sive convitiatorum reddi; at non quidem
 Theophanes, uti sentio ἀπὸ τοῦ σκόπου, nam vini
 is esse solet effectus, ut ad jurgia vel inermes pro-
 trudat.

(51) *Pœnitentiam*. Mutuus et depravatus habetur
 hic locus in utroque exemplari. Sed cum verba sint
 Apostoli, ex eo supplicimus et emendavimus.

ΕΥΧΗ ΕΥΧΑΡΙΣΤΗΡΙΟΣ

ΕΙΣ ΤΟΝ ΚΥΡΙΟΝ ΗΜΩΝ ΙΗΣΟΥΝ ΧΡΙΣΤΟΝ

Ῥηθεῖσα ὑπὲρ ἀπαλλαγῆς λοιμοῦ καὶ θανάτου.

ORATIO EUCHARISTICA

AD DOMINUM NOSTRUM JESUM CHRISTUM

*Pro liberatione pestis ac mortis.**Oratio qua Domino nostro Jesu Christo gratiæ aguntur pro liberatione pestis ac (52) mortis.*

Domine Jesu Christe Deus noster, qui super omnem substantiam superque vitam es, imo ipsa vera vita, ipsiusque vitæ conditor atque largitor, quam omnis intellectualis rationisque particeps natura insatiabiliter desiderat, cujusque divinx sempiternæque vitæ participatione fruitur. Qui solus habes immortalitatem, qui lucem habitas inaccessam, omnium, quibus vel minima vitæ ratio inest, vivificæ virtutis, mortuorum vero resurrectio; cujus ob metum portæ quidem mortis apertæ sunt, janitores autem inferni te viso cohortuerunt. Qui primum parentem duceinque generis nostri propter inobedientiam, indeque secutam animarum mortem, separationem scilicet a te, quam ex suo judicio passus est, corporeæ mortis (53) vulnere ne immortale

(52) *Liberatione pestis.* Frequens fuit sanctis episcopis præteriti ævi, et grassante calamitate quâpiam, quæ eorum plebes afflicisset, precatorias ad Deum pro liberatione impetranda orationes habere, et impetrata, eidem Deo malorum depulsori hymnicas et eucharisticas panegyres dicere. Habemus prioris argumenti Cypriani orationem *de mortalitate*, Gregorii Theologi *de plaga grandinis*, Chrysostomi illam, cui titulus, *de calamitate civitatis Antiochenæ*. Posterioris vero, apud eundem illam, quæ incipit: *Cum præteritam tempestatem*, in qua aguntur Deo gratiæ, de absolutione malorum ex seditione expectatorum, et illam, cujus initium: *Non parum civitatem nobis heri diabolus perturbavit*. Dionysius etiam Alexandrinus episcopus, vir sanctissimus et doctissimus, cujus apud Eusebium frequens et honorifica mentio, cum exsul sub Valeriano plebem suam pestis tempore verbis monere præsens non posset, per epistolam absens monuisse traditur.

(53) *Corporeæ mortis.* Humana argilla ejus fuit in Adamo conditionis, ut eam tandem dissolvi necessum foret, propter mutuo digladiantes inter sese elementorum particulas, ex quibus compacta erat: sive ut Nazianzenus orat. 42, quæ in Pascha est, loquitur, quod ex *visibili et anteproducta materia* constaret, ut contra materia ipsa ἀόρατος καὶ ἀατασχεύαστος, ut ait Moyses. Itaque interiturus quidem naturæ conditione homo. Verum cum calc-

Εὐχὴ εὐχαριστήριος εἰς τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστόν, ῥηθεῖσα ὑπὲρ ἀπαλλαγῆς λοιμοῦ καὶ θανάτου.

Δέσποτα Κύριε Ἰησοῦ Χριστέ ὁ Θεὸς ἡμῶν, ἡ ὑπερούσιος καὶ ὑπέρβωος ὄντως αὐτοζωῆ καὶ τῆς αὐτοζωῆς ὑποστάτης καὶ χορηγός, ἡς ἐφέται ἀκορέστως καὶ τῇ μετουσίᾳ ζωῆς ἀπολαύει θεοπροπεύς τε καὶ ἀίδιου πάσα ἡ καθαρὰ τῶν νοσῶν τε καὶ λογικῶν φύσις· ὁ μόνος ἔχων ἀθανασίαν, φῶς οἰκῶν ἀπρόσιτον, ἡ ζωοποιὸς πάντων τῶν καὶ ὁπωσῶν ζωῆς μετεχόντων δύναμις, καὶ τῶν θανόντων ἀνάστασις· οὗ τῷ φέβῳ πύλαι μὲν ἀνοίγονται σοὶ θανάτου, πολυρροὶ δὲ ἔδου ἰδόντες σε ἐπιτήξαν ἐφριξαν· ὁ τὸν προπάτορα καὶ ἀρχηγὸν τοῦ γένους ἡμῶν διὰ τὴν παρακοήν, καὶ τὸν ἐκ ταύτης ἀκολουθήσαντα ψυχικὸν θάνατον, ἦτοι τὸν ἀπὸ σοῦ χωρισμὸν, ὃν αὐτεξουσίᾳ πέποιθε γνώμη, θανάτου σωματικοῦ φιλανθρώπως παιδεύσας πληγῇ, ἵνα μὴ

atis plastes figmento huic suo comitem dedisset intellectualem animam, vivificantem afflatum, divinum simulacrum, actum in se ipso viventem, simplicem, purum, ac proinde æternum et immortalem, eandem etiam perennitatem corpori gratuito donavit. Donavit quidem gratuito, sed revocabiliter, id est si modo homo in officio et obedientia Opificis sui perstaret. Cum vero illico adversus eundem debellasset, a benevolentia illius cecidit, et æternitatis privilegio exutus est, ipseque sibi funeris sui causa fuit, ut recte Paccianus Barchinonensis episcopus. Septimius etiam Florens in lib. *Contra Judæos, homicidium in se commisisse* scite ait. Respexit huic Rex sapiens: *Justitia* (inquit) *perpetua est et immortalis, injustitia autem mortis est acquisitio, impii manibus et verbis accersierunt illam*, a quo loco vulgatus ille Apostoli ad Romanos vi. Quamvis autem ob peccatum, inque illius prænam mors in mundum intraverit, habuit nihilominus hoc ipsum supplicium, utpote a benignissimo iudice illatum, clementiæ et misericordiæ non parum. Etenim si immortales essemus, quid nobis miserabilibus? Urgemur incommodis, obruimur malis, nulla vitæ ratio, nulla pars, non dies, non hora, non temporis ictus laboribus vacat, hique ab infelici seminio infelices fructus, quid igitur si illis æternum obnoxii? Quocirca pie et vere Theophanes divinx misericordiæ tribuit generis nostri morta-

ἀθάνατον ἢ τὸ κακὸν ὕστερον δὲ πάλιν σπλάγχθοις ἀφάρτος ὧν οἰκτιρῶν, παγγενὶ τοῦτον ἀνακαλεσάμενος ἐκ τῆς πικρᾶς τυραννίδος τοῦ ἔθου καὶ τῶν δεσμῶν τρόποις οἰκονομίας ἀρρήτου, ὁμοιος ἡμῖν κατὰ πάντα γενόμενος, ἐκ παρθενικῆς καὶ ἀμολύτου γαστρὸς χωρὶς ἁμαρτίας, καὶ θανάτου ἐκούσιον ὑπομείνας, καὶ διὰ τοῦ θανάτου καταργήσας τὴν τὸ κράτος ἔχοντα τοῦ θανάτου, τοῦτ' ἐστὶ τὸν διάβολον· διότι οὐκ ἦν δυνατὸν κρατεῖσθαι σε τὸν ἀρχηγὸν τῆς ζωῆς ὑπ' αὐτοῦ, καὶ διὰ τοῦτο συνεξέμεσαι· ποιήσας τοῦτον σὺν σοὶ καὶ οὗς πρῶτον κατέπειν ἰσχύσας· οὐ τῇ δυναστείᾳ πύλαι μὲν ἔκλεινον χαλκαὶ συνετριβήσαν, καὶ μοχλοὶ σιδηροὶ συνεθλάσθησαν, καὶ τὸ ζῶφρον καὶ ἀμειβῆς αὐτοῦ δεσμοκώτριον Ἐρημον καὶ ἄβαντον κατελείφθη· ἔ καὶ νῦν ἡμᾶ ἐλισθαίνοντας, καὶ μακρὰν ἀπὸ σοῦ γενομένους διὰ τὴν παράδασιν τῶν σῶν ζωοποιῶν ἐντολῶν, καὶ τὸ ὀπίσω τῆς διανοίας ἡμῶν τῆς πονηρᾶς πορεύεσθαι, καὶ τῶν ἐπιθυμιῶν τῆς σαρκὸς, μάστιγι λοιμοῦ καὶ θανάτου πλήξας καὶ παιδεύσας ὡς κτηδῶν, μάλιστα τὴν βρεφικὴν καὶ ἄωρον ηλικίαν, ὡς ἂν φοβηθέντες ἡμεῖς, οἱ διὰ τὰς ἁμαρτίας ἔνοχοι καὶ ὑπεύθυνοι γενομένοι τῷ θανάτῳ, τὴν κραταίαν σου χεῖρα καὶ ἀφυκτον καὶ τὸν βραχίονά σου τὸν ὑψηλὸν ἀποστῶμεν πάσης κακίας, καὶ τῶν σαρκικῶν ἐπιτηδεύματων ἡμῶν· εὐχαριστοῦμεν καὶ μεγαλύνομεν φῶς καὶ πόθῳ διὰ τὸ μέγεθος τῶν σῶν ζωρῶν, τὴν ἀ-

esset malum, pro eo quo prosequeris homines amore castigasti. Iterum tandem inenarrabilibus tuarum miserationum visceribus eum ab amara inferni tyrannide vinculisque eum cum universo ipsius genere revocasti, et ineffabili usus dispensationis modo similis nobis secundum omnia, sine peccato tamen, ex virgineo et purissimo utero effectus es, mortemque spontaneam passus, per mortem deiecisti eum qui mortis potestatem habebat diabolus; neque enim fieri poterat ut te vitæ auctorem ipse retineret. Quapropter coegisti quidem eum simul tecum evomere illos, quos prius absorperat; cuius potentia æneæ illius portæ contritæ sunt; vectesque ferrei confracti, carcer vero tenebrosus ac tristissimus vacuus et avius relictus est. Qui nunc et nos collabentes longeque a te aversos, quod vivilicis tuis præceptis non pareremus, quodque pravas cogitationes nostras carnisque desideria sequeremur, pestis mortisque flagello verberasti, utque noster moderator, immaturam præcipue infantium ætatem (54) castigasti, ut perterriti nos, qui propter peccata rei, mortisque obnoxii facti sumus, veritiquæ validam ac inevitabilem manum tuam brachiumque excelsam, ab omni vitio et carnalibus studiis nostris recedamus. Gratias agimus tibi, et timore amoreque ducti (55) propter magnitudinem donorum tuorum magnificamus bonitatem tuam quæ injuriarum obli-

litem. In quo quidem Latinorum Græcorumque antiquissimos imitatus est, qui ideo Adamo post peccatum eum vitalis ligni interdictum alunt, ne misere perpetuo viveret. Irenæus lib. iii, cap. 37: *Eum odit Deus, qui seduxit hominem, ei vero qui seductus est, sensim paulatimque miseratus est. Quapropter et ejecit eum de paradiso et a ligno vitæ longe transtulit, non invidens ei lignum vitæ, quemadmodum quidam dicunt, sed miserans ejus, ut non perseveraret semper transgressor, neque immortale esset, quod esset circa eum peccatum, et malum interminabile et insanabile.* Hilarius etiam in enarratione psalmi lxxviii: *Adam (inquit) Deus de paradiso post culpam, ne lignum vitæ attingens, in æternitatem pœnæ maneret ejecit.* Theologus panegyri in natiuitatem Salvatoris quæ 38 est in Biliana editione: *Atque hic quoque (Adamus post transgressionem) mortem ac peccati præcisionem elucatur, ne malum immortale esset. Ita pœna ipsa in misericordiam cessit.* Hunc enim *Dei morem esse in castigando, certo scio.* Legitur Chrysostomus in eadem sententiam homilia 26 in cap. viii Geneseos; et Hieronymus, in Isaïæ cap. lxxv. Pertinet vero et ad hunc locum adnotare, recte dici a Theophane, mortem primi parentis ex ejus casu subsocetam, adversus Judæum Josephum, et hæreticum Pelagium, qui moriturum eum, etsi non peccasset, affirmarunt. Quem errorem damnaverunt Africani Patres in conc. Milevitano canone 4, et in synodo Africana adversus Pelagium et Celestium coacta, canove 75, et Tridentini in sessione *De peccato originali.* Hieronymus commentariorum in Job cap. 3; Augustinus, in lib. *De hæresibus*, ad *Quodvultideam*, et lib. xiii *Civitatis* cap. 12 et 15, et lib. i *De peccatorum merit.* cap. 2, 4, et 6; Fulgentius, *De incarnat. et grat.* cap. 12; Prosper contra Collatorem, cap. 21; Bernardus, sermone ad milites Templi, cap. 11; ex Græcis vero Chrysostomus homilia 17 in Genesim; Basilus sermone de abdicatione scuti, atque alii.

(54) *Immaturam infantium ætatem.* Desunt verba hæc Messanensi.

(55) *Et timore amoreque ducti.* Nervi quidem sunt totius spiritualis incrementi amor timorque Dei, columnæ, quæ Christianam structuram fulcunt, poli qui periculosam præsentis vitæ navigationem dirigunt: *Quid Dominus Deus tuus petit a te (clamabat Moyses), nisi ut times Dominum Deum tuum, et ambules in viis ejus, et diligas eum?* Est vero de amore a multis dictum ex professo. Vellem nimirum et de timore. Illud sæpe mihi occurrere solet de præsentissimo hoc malorum interiorum pharmaco; ita nempe cum nomine et ratione sua (si veterum sapientum, quibus divina lux non affulserat, de eo sententias perscruteris) convenire, ut nihil minus. *Timor est (aiunt Peripatetici) λύπη τις καὶ ταραχή, dolor quidam et conturbatio.* Quid contra per Siracidem Dominus? *Timor Domini gloria et glorificatio, et lætitia, et corona exsultationis.* Timoris comes mentis stupor, et ignorantia, at divinus timor sapientiæ principium, sensus consummatio, disciplina scientiæ, illuminatio cordium, et (ut scite Theologus scripsit) *πρῶτον σοφίας σπάρτανον prima disciplinæ fascia.* Timorem fidei et spe destituit Stoicorum fuit. Contra, *timentium Dominum filii et spes et fiducia fortitudinis est, et non erunt incredibiles verbo Dei, fides enim agglutinatio timoris.* Timor odium gignit, ut antiquis apophthegmatibus instruimur, et exemplis docemur. Sed timor Domini *initium est dilectionis, et oblectatio misericordie.* Quid timori germanius, quam timere? Dominum tamen timentes, nihil trepidabunt, non pavebunt, quoniam ipse est spes eorum. Et Græcus ad hanc mentem scriptor: *Οὐ δυνατὸν τὸν ἀληθῶς φοβούμενον τὸν Θεὸν δαίλιαν ἔχειν. Fieri non potest, ut qui vere metuit Deum, in timore versetur.* Tandem quid est alienius ab iis qui timentur, quam illorum, qui eos timent, imperio subjectos esse? Cæterum benignissimus Dominus, quem timentus, voluntatem timentium se facit. Concludemus locum hunc ce-

visci solet, incomprehensibilesque tuas miseratio-
nes, superlaudabilis et supergloriose Domine, qui
creaturam tuam corripiens, deinde sanas : *Quoniam
non secundum peccata nostra fecisti nobis, Domine,
neque secundum iniquitates nostras retribuisti no-
bis*¹, sed amorem erga homines justo iudicio tuo
temperans, iræ tuæ falce contracta, nos rursus velo-
citer propitius atque benignus respexisti, et inole-
rabiliter nos depascentem impetum mortisque pla-
gam cohibuisti, increpans eam ut mare quondam
et ventos. Ideo precamur te, o misericors et benigne
Domine, ut eos qui e præseni vita rebusque tem-
poraneis emigrarunt, in relucenti loco requiescere
facias ; loco inquam amœno, loco pascuæ, loco re-
fectionis, a quo dolor omnis, tristitia gemitusque
aufugiunt. Effice illos voluptate quam in te capiant,
et beatitudine dignos ; nos vero qui adhuc super-
sumus, qui stadium vitæ huius doloribus scatentis
percurramus, conforta virtute tuæ fortitudinis, ut
insidiis diaboli insurgentique contra nos passionum
exteriorumque tentationum tyrannidi cum patientia
et longanimitate generose resistamus, ut per
invictam atque auxiliatricem dexteram tuam victo-
res horum facti, effliciamur digni bonis sempiternis,
quæ præparasti ante mundi constitutionem diligen-
tibus te, precibus atque orationibus superbenedic-
tæ tuæ Matris Dominæ nostræ Deiparæ semperque
Virginis Mariæ, omniumque tuorum sanctorum,
quia benedictus et gloriosus es cum Patre tuo
principii experte, sanctissimoque bono ac vivifico

Α μνησίκακον ἀγαθότητά σου, καὶ τοὺς ἀπερινοήτους
σου οἰκτιρμούς· ὑπερύμνητε καὶ ὑπερένδοξε Κύριε ὁ
παιδεύων τὸ πλάσμα σου καὶ πάλιν ἰώμενος, ὅτι
Οὐ κατὰ ἀνομιὰς ἡμῶν ἐποίησας ἡμῖν, Δέσποτα,
οὐδὲ κατὰ τὰς ἀμαρτίας ἡμῶν ἀνταπέδωκας
ἡμῖν, ἀλλὰ τῇ δικαιοκρίσει σου τὴν φιλόθρονην
σου συγκρασάμενος, καὶ τὸ δρέπανον τῆς ὀργῆς
ἀναστειλάς, ἴλωσ ἡμῖν πάλιν ταχέως ἐπιτέδες καὶ
εὐμενής, καὶ τὴν ἀσχέτως νεμομένην ἡμᾶς ὀρμὴν
καὶ θραύσιν ἐστῆσας τοῦ θανάτου, ἐπιτιμήσας αὐτῇ
καθὼς ποτε τῇ θαλάσῃ καὶ τοῖς ἀνέμοις. Διὸ δυσω-
ποῦμέν σε, εὐσπλαγχνε καὶ φιλόθρονε Κύριε, τοὺς
μὲν μεταστάντας τοῦ παρόντος βίου καὶ τῶν προσ-
καίρων ἀνάπαυσον ἐν τόπῳ φωτεινῷ, ἐν τόπῳ
χλοερῷ, ἐν τόπῳ ἀναψύξεως, ἐνθα ἀπέδρα πάσα
ὀδύνη, λύπη καὶ στεναγμός. Καὶ τῆς ἐν σοὶ τρυφῆς
καὶ μακαριότητος καταξίωσον ἡμᾶς δὲ τοὺς ἐτι
περιόντας τῷ βίῳ τούτῳ, καὶ τὸ στάδιον τῆς πο-
λυδύνου ταύτης ζωῆς τρέχοντας, ἐνδυνάμισσον τῷ
κράτει τῆς σῆς ἰσχύος, σῆθαι γενναίως πρὸς τὰς
μεθοδείας τοῦ διαβόλου, καὶ τὴν ἐπεγειρομένην ἡμῖν
τῶν παθῶν καὶ τῶν ἐξωθεν πειρασμῶν τυραννίδα,
μεθ' ὑπομονῆς καὶ μακροθυμίας, ὅπως νικηταὶ τού-
των γενόμενοι τῇ ἀμάχῳ καὶ προμάχῳ σου δεξιᾷ,
καταξιωθῶμεν τῶν αἰώνιων σου ἀγαθῶν, ὧν ἠτοίμα-
σας πρὸ καταβολῆς κόσμου τοῖς ἀγαπῶσι σε ; εὐχαί-
τε καὶ ἰκεταίαι τῆς ὑπερευλογημένης σου Μητρὸς
Δεσποίνης ἡμῶν Θεοτόκου καὶ ἀειπαρθένου Μαρίας,
καὶ πάντων σου τῶν ἁγίων, ὅτι εὐλογητὸς καὶ δεδο-
ξασμένος ὑπάρχεις σὺν τῷ ἀνάρχῳ σου Πατρὶ, καὶ
τῷ παναγίῳ καὶ ἀγαθῷ καὶ ζωοποιῷ σου Πνεύματι,
νῦν καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

¹ Psal. cii, 10.

lebrī divini timoris elogio, quod ex Basilio desump-
sit Maximus monachus : *Ut qui infixos habet cor-
pori clavos, ad nullum opus est aptus, quod doloribus
suis occupetur ; sic qui metu Domini coercetur, non*

*oculo utetur ad ea quæ non decent, non manus
admovebit actionibus vitiosis, nihil denique vel mi-
nimum vel maximum contra officium suscipiet.*

ANNO DOMINI MCCCL.

NICOLAUS CABASILA.

NOTITIA.

(FABRIC. HARL. *Bibliotheca Græca*, t. X, p. 459 [1].)

Nicolaus Cabasila, Nili Cabasilæ Thessalonicensis ex fratre nepos, ejusdemque, defuncti vita, in mu-
nere successor fuit. Cum patruo sæpe confundi solet. Claruit circa a. 1350. Primum quidem fuit
sacelli imperialis curator, quo munere perfungens, missus est a Joanne, patriarcha CPolitano, a.
circ. 1346, ad Cantacuzenum imp. ut eum ad imperium deponendum adduceret ; anno autem 1347 a

(1) Præterea Fabricius eodem tomo X, pp. 219, 244, 251, 278, 280 et 332 indicat homillas de festis Domini et san-
ctorum quæ in codicibus mss. hactenus latent et Nicolao Cabasilæ auctori ascribuntur.

Cantacuzeno CPolin. recens expugnatam ingresso, ad Anþam imperatricem in palatium legatus est, ut ei pacis conditiones a victore illi latis proponeret. Conf. ipsum Cantacuzen. *Hist. Byzantina* lib. xiv, cap. 39, etc., ac Lambec. Comment. V, p. 389 sqq. Vir fuit omnino doctus et multos edidit ingenii sui fetus; quorum tamen paucis lucem aspicere licuit per invidiam et quod Latinorum non erat patronus, contra eorum acerrimus osor: quanquam hac in re, et num contra S. Thomam Aquinatem scripserit, non omnes consentiunt VV. DD. V. Allatiu, imprimis Oudin. *Commentar. de scriptor. eccl.* III, p. 983 sqq. ubi vitam scriptaque Nicolai Cabasilæ late persequitur. Adde de ejus præcipue scriptis Henr. Warton et Robert. Gerium ad Guil. Cave *Script. eccl.*, vol. II, p. 51, 53, et Du Pin. *Hist. eccles.*, vol. XII, p. 89, etc.

Scripta tam edita quam inedita ea quæ sequuntur, ab Allatio et Fabricio ad illum, ab Oudino reliquisque commemorantur. Excerpta sunt in Niceph. Gregoræ *Hist. Byzantina*.

Ἑρμηνεία καρπαιώδης, etc. *Compendiosa interpretatio in divinum officium s. Liturgiam*. Primum Latine, interprete Gentiano Hervetiano, edita Venet. 1548, 8; deinde in Liturgia SS. Patrum, curante Jo. S. Andrea, canonico Ecclesiæ Paris, theol. Paris. 1560, fol. rec. in edit. ad Parisiensem facta Antwerpæ 1562, 8, et in *Bibl. Patrum Lugdunensi*, tom. XXVI, p. 173. Add. in Cat. Bibl. Leidensis, p. 53, citat. edd. Græcus textus primum ex codd. Paris. cura Frontonis Ducaei prodit in *Auctario PP. Biblioth. veterum*, 1624, tom. II, p. 200, dein in tom. XII *Bibl. Morellianæ*. Fabric. in nota ad Allatium p. 72. Hoc opus, inquit, videtur etiam respicere Allatius, quando pag. 123, contra Hottingerum, inter Græcos, qui de azymis contra Latinos scripsere, Nicolaum Cabasilam laudat. Ex Cabasilæ expositione Missæ passim loca producit in eodem libro, p. 76, 89 sq., 109 sq., 134, 145, 153, 204, etc. Quando Allatius de Niliis negat, Cabasilam de processione Spiritus sancti contra S. Thomam et Romanam Ecclesiam scripsisse, Fabric. in nota o. p. 73, animadvertit, id tamen Allatium fateri in libro n. *De consensu*, p. 858 sq. Atque, teste Montfauc. in *Bibl. biblioth. mss.* I, p. 470 D, exstat in Bibl. Veneta Marci, *Cydonii contra Cabasilam, pro S. Thoma et processione Spiritus sancti*. Ibid., p. 469 A, memoratur cod. ejusdem bibl. *Barlaam et Cabasila de processione Spiritus sancti in favorem Græcorum*. Add. Cat. codd. Venet. Marc. pag. 84 de cod. 152 et pag. 284 de cod. 526, coll. cel. Morellio in *Bibl. ms. Gr. et Lat.* I, pag. 92. — Insuper *Interpretatio in Liturgiam* exstat in pluribus codd. mss. — Secundum Montfauc. in *Bibl. biblioth. mss.* I, p. 186 B, et pag. 191 B, Romæ in cod. Ottobon. Gr., p. 502; in duobus codd. bibl. Ambros. Mediolan. p. 707 D, in bibl. Sfortiana. — *Venetii* in cod. Bibl. Marc. 506, Nic. Cabasilæ *Encomium S. Theodoræ*, ejusd. *Interpret. in Liturgiam, et in S. Demetrium*. V. Cat. codd. Gr. Marc. 271. — Ibid. in cod. Nauiano 116, n. 4 et 5, et 117, n. 3. V. Cat. codd. Gr. Nan. p. 236 et 237. — In Cat. codd. Gr. Taurinens., p. 108, observatur, in cod. 30, fol. 219, esse *totius Liturgiæ Græcæ explanationem*, sed sine ullius auctoris nomine. Enimvero Christ. Matth. Pfaff, in Epistola de catalogo mss. 'codd. Bibl. Taurin. in novis actis eruditor. Lips. 1752, p. 447, illum libellum monet esse Nicolai Cabasilæ, Theosalon. — Paris. in octo codd. bibl. publ. — In cod. Coislina. 315, cum aliis multis scriptis Cabasilæ. V. Montfauc. *Bibl. Coislina.* p. 427.

Monachii in codd. Bavar. 59, 107, 112, 113 et 128. V. Cat. codd. Gr. Bavar. p. 17, 41, 43, 44 et 53 (b). — Vindobonæ in cod. Cæsar. 261, in quo multa exstant Nic. Cabas. scripta, n. 18. — 268, 53, n. 56, *Explicatio duplex sacrarum vestium in divina Liturgia usitatarum et eorum, quæ in Liturgia aguntur*. V. Lambec. comment. V, p. 435, 445, et vol. VIII, p. 1021. — Oxon. in Bibl. Bodlei in cod. Barocc. 75, *Expositio missæ*, cap. 45, et in cod. 107, incipit: *Αἰά τί μή τίς ἀρχῆς*. — In cod. 91, cujus init. *Μετὰ δὲ τὴν δοξολογίαν*.

De vita in Christo libri sex, seu potius septem, in quibus præcipue agitur de baptismo, sacra unctione et Eucharistia. Sex libri Latine prodierunt, interprete Jac. Pontano (c) cum Philippi Solitarii *Dioptra*, s. Regula rei Christianæ ad Gallicum monachum, Joannis Carpathii Documentis spiritalibus, et cum Cabasilæ Oratione contra somnatores (de qua postea sermo erit), Ingolstad. 1604, 4; deid. in *Bibl. Patrum Lugdunensi*, tom. XXVI, p. 136; in *Bibl. Patrum Colon. et Morellianæ Appendice* (1). Ex quatuor prioribus libris fragmenta quædam profert L. Allatius, adversus Creighton, p. 422 sqq. 531; item contra Hottingerum, p. 49 sq. 97, 108; et Petr. Arcudius, *De concordia*, lib. II, c. 21 et passim. Codices, in quibus insunt libri mem. præcipui laudantur, Vindob. in *Bibl. Cæs.* cod. 266, n. 2, libri quinque, sed Lambec. comm. V, p. 414, adnotat librum illum, qui in hoc cod. est quintus, in Pontani edit. Lat. recte appellari et revera esse librum sextum; in cod. cod. n. X, liber quintus, *De vita in Christo*, quo agitur

(a) In cod. 156 et 157 catal. codd. Gr. Venet. Marc. p. 89, ubi confector Cat. addit, mst. haberi in cod. Barocc. 90 et in bibl. Cæsarea.

(b) Secundum novam classem, novumque codil. ordinem in bibl. Bavar. multo diligentius curatiusque codd. describere cepit cel. Ign. Hardt in I, Chr. L. Bar. *De Aretin. Beiträgen zur Geschichte und Litteratur*; quorum sex priores fasc. prodie-

runt in Jul. — Dec. ann. 1863, et III priores fasc. (tot enim in manibus habeo) 1804, 8. In fasc. I, 1804, p. 23, est cod. 54, qui olim numerabatur 107, differt hic cod. ab edit. p. 34, in cod. 58, olim 112.

(c) Ex codd. Bavar. 39. V. Catal. codd. Gr. Bavar., p. 11.

(1) Græce edidit D^r W. Gass Greifswald 1849, 8°, ex duobus codd. Vindobon. et tertio Monacensi.

de consecratione altaris. (Lambec. V, p. 417.) — In cod. 267, n. 20, in quo septem sunt libri *De vita in Christo*; septimus autem nondum est nec Gr. nec Lat. editus, animadvertente Lambec. V, p. 435; sq. — In cod. 336 libri quinque. Lamb. V, p. 626 sq. — libri vi. in cod. Sfortiano. V. Montfauc. in *Bibl. B. mss.* I, p. 703 C. — Libri septem in cod. Coisl. 315, qui continet Nic. Cabas. Opuscula, quæ recenset Montfauc. in *Bibl. Coisl.* p. 426 sqq. Conf. Casauboniana a Jo. Christoph. Wolfio evulgata. Hamburg. 1710, 8, p. 39 sq.; et Casauboni Exercitatio XVI ad Baron. n. 30, ubi Lemmata septem libror. *De vita in Christo* Græce producit ille e cod. regio, et magna cum voluptate a se lectos testatur.

Nic. Cabas. *Expositio in visionem Ezechielis*, prophetæ, in qua super quatuor animalia similitudo throni et super similitudinem throni, similitudo veluti ipsius hominis, etc. incipit: Πᾶσα προφητεία καὶ θεωρία, etc. — Tum alia *Expositio* in visionem proph. Ezechielis, in qua ossa hominum arida priorem recipiunt speciem; inc.: Τὴν τοῦ θεοῦ πρὸς τοὺς ἀνθρώπους ἐπιδημίαν, etc., et tertia *Expositio* (Allatio incognita) in prophetæ Ezechiel. visionem: inc.: Πᾶσα προφητεία καὶ δρασις εἰκόνας ἦσαν, etc. Tres hæc *Expositiones* exstant Vindobonæ in cod. Cæsar. 267, nr. 9, 10, 11. (Lambec. vol. V, p. 431 sq.) et in cod. Coisl. 315, fol. 135 sqq. (Montfauc., *Bibl. Coisl.*, p. 427) — nec non in cod. Paris. bibl. publ. 1215, nr. 9, 10, 11. — Una *expositio* ibid. in cod. 1612, n. 10. — Duæ priores in cod. Cæsar. 266, n. 5 et 6. (Lambec. V, p. 415 sq.) — Secunda Venet. in cod. Marc. 506 sub s. i. (V. Cat. codd. Gr. Marc. p. 271.)

Orationes 1) in *passionem J. Chr.* inc.: Ἄκουε, οὐρανέ, etc.; locum inde producit Allatius contra Gretgithonum, p. 425. 2) In *Ascensionem J. Chr.*, inc.: Αἱ Χάριτες μὲν ἐπὶ τῶν προτέρων χρόνων, etc. 3) In *Nativitatem S. Mariæ*, princ. Καὶ πρῶτα μὲν τὸν θεὸν ἐνταῦθα καλωμεν. 4) In *Annuntiationem S. Mariæ*, inc.: Εἰ ποτε δεῖ χαίρειν ἀνθρώπων. 5) In *magnum martyrem Demetrium, miraculorum effecioem*, inc.: Πόλλων ὄντων καὶ μεγάλων. locum ex hac orat. affert Allatius contra Hottinger., p. 205. 6) In *S. Theodoram, miraculorum effecioem*; inc.: Ἐμοὶ γὰρ πολλῶν τὰ σά θυμαζόντων, edidit eam Gr. et Lat. Godfrid. Henschenius in *Actis SS. die 5 April. tom. 1*. Locum inde produxerat Allatius contra Hottinger., p. 204. — 7) *Oratio in tres Theologos, Basilium, Gregorium et Jo. Chrysostomum*; quam orat. non esse hujus Cabasilæ fetum, sed Philothei orationem in tres illos Patres legi in cod. Vaticano 809, p. 100, contendit Labbeus in *Diss. histor. de scriptoribus eccles. tom. II, p. 114*. Enimvero Fabric. p. 76 ad *Mat. not. y*, decet Philothei *Orat. Gr. ac Lat. una cum Dioptra Philippi Solitarii etc.* editam a Jac. Pontano, Ingolstadii 1604, 4, et hinc in *Auctario Ducæano, Paris. 1624, tom. II, pag. 313, et Lat. tom. XXVI Bibl. Patrum, Lugd. p. 217*, diversam esse ab *Oratione Cabasilæ* in eisdem sacros triumvros, quæ m. est in *bibl. Cæsarea (cod. 267. nr. 14, et Lambec. vol. V, p. 433)*. Labbeum jam refutavit, vel ex *initis Orat. Philothei atque Or. Nicol. Cabas. demonstrando utriusque Orat. diversitatem* Fabricius. Præterea et ab aliis, inquit, laudatam esse illam beatorum doctorum trigam a Joanne Euchaitarum metropolitæ, (V. *Atlat. pag. 112, de Simeonum scriptis*) Theodoro Metochita et Matthæo Camariota aliisque, observarunt viri doctissimi. Confer *Acta SS. tom. II, Jun., pag. 923 seq.* ubi de festo, quod in honorem communem Basilii, Nazianzeni et Chrysostomi a Græcis, die 30 Januar. celebratur, auctore Joanne metropolitæ Euchaitarum temporibus Alexii Comneni, item ambitiosam, quæ inter Basilitas, Gregoritas et Joannitas orta fuerat, ita componente, ut diceret, tres illos simul sibi visos adesse, testatos, se unum esse apud Deum, itaque nec sua causa contendendum de prærogativa, sed cultum ipsorum communem uno die conjungendum. Confer etiam Nicolai Rayæi tractatum præliminarem *Actis SS. tom. II, Junii, præmissum. Hactenus Fabric. — Philothei et Jo. Euchaitarum metropol. Oratt.* in tres illos Patres, atque Nicol. Cabasilæ quædam contra Latinos, sunt Romæ inter codd. Vatican. teste Montfauc. in *Bibl. biblioth. MSS. p. 12*; D. B. Nicol. Cabas. *Orationes quædam mss. Romæ* in *bibl. Barberina*; sed quænam sint, non additur in Montfauc. *bibl. cit. p. 175 E*. Nec Montfauc. *lib. cit. in Indice codd. Vatican.* adduxit, nec Allatius eos codd. pervestigans, reperire potuit orationes 88, quas alii in codice quodam Vatic. exstare scripserunt, et, ut Allat. addit, Nilone, an Nicolao assignandæ sint, ipsi viderint. Romæ in *bibl. Chiggia Nic. Cab. Orationes quædam. Sic minus curate citat cod. Montfauc. in Diario Ital. p. 238. — Add. vol. IX, p. 72, 90, 95, 112, 114, 147 vet. edit., sed aliæ plures Nicolai Cabasilæ Oratt. ab Allatio prætermisissæ, latent in codd. bibl. Paris. atque Cæsareæ. Fabric. in not. t, p. 74, ad Allat. Græcis verbis, una cum *initis singularum multas refert. Add. Caveus atque Oudinus locis citatis. Ex Catal. igitur supplebo, easque quas ex Allatio numeravi, simul attingam. Paris. in Bibl. publ. cod. 1213, secundum Cat. codd. Gr. Paris. tom. II, p. 254, suo quæque ordine sunt supra memoratæ orat. n. 3, 4, 1, 2, 5, 6, 7. Præterea reperiuntur in eodem codice Nic. Cabas. Homiliæ 1) In laudem S. Nicolai; (etiam in cod. 1258) 2) In Dormitionem Deiparæ; 3) In Andreæm. juniorem, qui Hierosolymis martyr obiit; 4) Ad Jesum Christum. 5) Orat. ad Augustam De usuris; 6) Ad Athenienses, De ara misericordiæ; 7) Adversus Gre-**

(4) Notante Fabricio pag. 73 seq. *Oratio in sceneratores* Gr. lucem vidit, quamvis haud integra, Augustæ Vindel. 1595, edente Davide Hæschelbo, ex cod. ms. Maximi Margunii. Integram cum *Orat. S. Epiphani* in sepulturam Christi, Gr. ac Lat. vulga-

vit Simon. Simonides, Samoseli 1604, 4. Sed in Janozki, *Nachricht. von denen in der Zaluskischen Buchern*, part. v, 217 seqq. recensetur quidem illa Epiphani oratio, at nulla ut mentio Nic. Cabas. orationis illi adjunctæ.

(2) Secundum Nesselii Catalogum, parte I, pag. 365, cod. 262, n. 11. Incipit: Οἱμαί γε τῶν ἐνομοτάτων καὶ δεκτικῶτων εἶνα. FABRIC. HARL. t. VIII. in *recensione Vitarum S. Joannis Chrysostomi*.

goræ delirantis somnia; 8) *Orat. qua Pyrrhonis de veritatis criterio sententia impugnatur*; 9) *in laudem Muthæi Cantacuzeni filii*; 10) *In laudem Annæ Palæologinæ, imperatricis*. — In cod. Cæsareo 266 sunt ex Allatio jam designatæ Oratt. n. 3, 4, 6. In illo cod. et cod. 267, n. 23, exstat quoque Nic. Cabasilæ oratio (uti dicitur, pariter in cat. codil. Gr. Paris. in cod. 970 *Homilia*; in cod. autem 1213 mem. *Opusculum*) *De usura contra feneratoros* (Lambec. V, p. 446 seqq.) Latine versam edidit illam Jac. Pontanus cum Cabasilæ libris VI. *De vita in Christo*, Lat. etiam. Ingolst. 1604, 4^o (d) — Contra in cod. Cæsareo 267 exstant Oratt. ex Allatio a me citatæ, hoc ordine, n. 2, 3, 4, 1, 5, 6, 7. Insuper leguntur in eodem cod. Oratt. ex cod. Parisin. laudatæ n. 1, 2, 3, 4, 5, 6, 7, 8. Tum in cod. cod. Cæsareo, n. 15, *Adlocutio ad S. martyrem Demetrium*. V. Lambec. V, p. 428 seqq. qui etiam reliqua Nic. Cabasilæ quæ in illo codice supersunt, Opuscula ibid. receperet; ego vero jam supra memorata omittam:

Liber de magistratum civilium iniquis ausis circa res sacras. Est quoque in codd. Paris. 970 et 1213.

Solutiones argumentationum quinque contra rhetoricam s. artem dicendi. Legitur quoque in cod. Paris. 1213.

Tredecim epigrammata versibus heroicis, quæ singula recensent Lambec. V, p. 459, et Fabric. ad Allat. p. 77, not. b. Huc refer cod. Paris. laudatum 1213, ubi, n. 23, est Nic. Cabasilæ *Epitaphium*, versibus heroicis, Nili Thessalon. cum aliquot ejusdem Nicolai epigrammatibus. In cod. Coisl. 315 (in quo sunt memorata aliaque Nicol. Cabasilæ Opuscula et Epistolæ) *Heroica Carmina* in sepulturam avunculæ; in sepulcrum patriarchæ Isodori et alia carmina in translationem reliquiarum S. Theodoræ, in canonem S. Demetrii, et alia, teste Montfanc. in *bibl. Coisl.* p. 428.

Oratio encomiastica in imperatorem (Andronic. Palæologum).

Epistolæ sexdecim; in cod. autem Cæsar. 266, n. 9, sunt tres epistolæ. (V. Lamb. V p. 416.) In cod. Coisl. laudato sunt quatuordecim, et Cydones, Epistola ad Cabasilam. — Florentiæ, in cod. Laurent. 13, n. 24 sqq. plut. 75, sunt Epistolæ quatuor et Nili Cabasilæ Thessalon. Epistola ad Nicol. Cabasilam. V. Bandin. Cat. codd. Gr. Laur. 3, p. 107. — In cod. Paris. 1213, n. 8, Epistola ad Nilum Thessalon. et n. 27, variæ Epistolæ. (Quot vero sint et ad quosnam scriptæ, non indicatur in Cat. codd. Paris. II, p. 255).

Libell. de syllogismo. In cod. Cæsar. 266, n. 21, incipit: "Ἀτομόν ἐστι, τὸ ἐν ἀρ:ομῶ, ὅσον ὁ δὲ ἀν:κρωπος; in cod. autem Ambros. Mediol. notante Allatio, pag. 79, initium est: Σκοπὸς ἐστι τῶ συντάγματι διδάξει τὸ εἶδος; τῶν συλλογισμῶν, quem vero alii tribuunt Nilo Thessalon. V. supra §14 de codicibus in catal. codd. Angliæ, etc. II, p. 60 n. 2238, unde citantur inter codd. Vossian. *Syllogismi Cabasilæ*.

Ab Allatio adhuc memorantur:

Nic. Cabasilæ Κανὼν ἰαμβικὸς μετὰ σχολίων τῆ ἑορτῆ τῶν Θεοφανείων.

Ejusd. alius canon iambicus cum scholiis in festos dies.

Ejusd. ἐξήγησις in librum tertium magnæ constructionis Ptolemæi. Inc. Ἐν δὲ τούτῳ τῶ συντάγματι σκοπὸς ἐστίν: Edit. una cum magna Syntaxi Ptolemæi ac Theonis Alex. Græcis in Ptolemæum commentar. Basil. 1538 fol. p. 151 sq. V. supra ad vol. V, p. 284, vol. IV, p. 213; et vol. IX, p. 176 sq. adnotata. Oxon. in Bibl. Bodlei inter codd. Henr. Savillii, n. 6572 sqq. exstat H. Savillii *versio Latina* partis *Almagesti*, et *Commentariorum Theonis et Cabasilæ*, fol. III.

In cod. Paris. Bibl. publ. 1373, n. 6, inedit. Opusc. *De anima*. Incip. Διττὸς λέγεται ἡ ψυχὴ, et fragmentum illius in cod. 1389, n. 3. — In cod. 1391, n. 13, *De sacra stola*, de qua jam supra ad opus: *Interpret. Liturgiæ*, fin. quædam adnotavi: et Caveo videtur esse Appendix quædam ad opus liturgicum. Ab eodem Caveo citantur e codd. *Responsio* ad interrogationem, *Quis sit finis incarnationis Dominicæ?* — *Expositio* verborum Gregorii Nazianzeni: "Ὁ τῆς κινήσεως, ὡ τῆς παραδόξεως κινήσεως. (quæ habentur in oratione 38, tom. I, opp. Gr. Lat. edit. Paris. p. 620.) *Interpretationes* in acta concilior. Et SS. Patrum canones, etc. Sed hæc sufficiant! — Allatius in fine adjecit tertium Demetrium Cabasilam itidem Thessalonicensem.

NICOLAI CABASILÆ DE DIVINO ALTARIS SACRIFICIO.

(Gentiano Herveto Aurelio interprete.)

AD LECTOREM ADMONITIO.

Ex plurimis de religione nostra controversiis, quæ a cacodæmone capitali humani generis hinc nostris temporibus excitatæ sunt, nulla major, nulla Christianæ reipublicæ perniciosior esse videtur ea quæ in iis quæ ad sanctissimi Domini nostri corporis et sanguinis mysterium pertinent, a receptissima omnium fidelium persuasione aliena invehit. Cum enim præcipua atque adeo tota salutis nostræ spes, quæ ut est certissima, ita neminem confundit, ex hoc pendeat, si et Christi corpori, tanquam membra capiti, uniamur et uberrimum qui ex ejus passione percipitur, fructum decerpamus; qui alterutri aliquid detrahit, aut de eo male sentit, ut summo crimini est affinis, ita etiam exitio sit proximus, nisi resipiscat, necesse est. Atque eorum quidem qui hodiernis temporibus a perpetuo et unico Ecclesiæ consensu se sejunxerunt, de hac re sententiæ in duas se partes diviserunt. Œcolampadiani enim, seu Zuingliani, aut, ut vulgo per antiphrasin dicuntur, Sacramentarii, quod sacramentorum dignitati quantum possunt detrahunt, idque sibi laudi esse ducunt, ii, inquam, Œcolampadiani veterem Berengarii errorem revocantes, in Eucharistiæ sacramento esse tantum corporis et sanguinis signum, non autem verum corpus et sanguinem asserunt: quod autem fiat ullum in altari sacrificium, nullo modo admittunt. Lutherani autem, cum in hoc cum orthodoxis sentiant, quod in hoc sacramento sit verum corpus et sanguis Christi, et quod in altari peragatur sacrificium, in eo rursus toto, ut aiunt, cælo aberrant, quod panem et vinum simul cum Christi corpore remanere existimant; cum constet, post consecrationem, quæ panem et vinum in corpus et sanguinem convertit, symbolorum seu signorum solas remanere species, conversa jam et mutata eorum substantia. Deinde quod solum laudis et gratiarum actionis sacrificium esse putant, cum præter laudem et gratiarum actionem, sit etiam verum et expiatorium pro peccatis sacrificium. Accedit iis, quod nec sanctorum in eo memoriam fieri, nec pro defunctis orari, nec pro ullo homine privatim preces in eo fundi velint: et ideo sanctissimum Missæ canonem, tanquam rem inipiam et execrandam detestantur, quod offerendi vocabulo utatur, sanctorum in eo memoria agatur, pro defunctis et separatim pro vivis aliquibus, et iis maxime pro quibus orari jubet Paulus, orear. Ali eorum autem confutandos errores alii alia, ut unicuique eorum magis expedire visum est, via ingressi sunt: alii enim productis sacræ Scripturæ testimoniis, alii efficacibus argumentis solidisque rationibus, alii antiquissimorum quoque et probatissimorum doctorum auctoritatibus adversus eos decertarunt. Maxima certe laude omnes digni sunt, qui nostris adversariis (quidni enim adversarios vocem, qui cuiusmodicumque sint eorum protestationes, sua certe relicta statione nobiscum amplius non stant?) qui nostris, inquam, adversariis ostenderunt, se non modo eis ulla ex parte cedere, sed veritate et ratione esse eis etiam longe superiores. Mibi ad eorum reprimendam et frangendam audaciam, summamque pervicaciam penitus infirmandam, et ad populum in fide et officio continendum, nihil melius et validius esse videtur, quam si unicum et perpetuum omnium gentium, quæ Christo nomen dederunt, hæc in re consensum nobiscum facere ostendatur. Quamvis enim ad probandum quid in iis quæ de fide et religione exoriuntur controversiis, sequendum sit, jure debeat sufficere sanctæ Romanæ Ecclesiæ auctoritas, quæ quod a divo Petro apostolorum principe Christianique vicario est traditum, perpetua tot pontificum serie uno et eodem tenore semper servavit, et a qua, tanquam a sanctissimo totius orbis oraculo, de rebus ad fidem pertinentibus si ulla exorta esset dubitatio, responsa in hodiernum usque diem data sunt; tamen quoniam harum sectarum auctores, sua tum demum decreta firma et stabilia fore existimantes, si petram suo loco movissent, cam frustra quidem, sed magno tamen conatu labefactare conati sunt, externa etiam evocare auxilia non fuerit alienum, non quod non satis per se possit petra super petram, hoc est, supra Christum fundata, omnium hæreticorum quantiscunque copiis, duce Christo, qui eam fundavit, resistere; sed ut cum universo mundo planum factum fuerit, omnes qui Christi fidem ubique terrarum susceperunt, recte nobiscum sentire; et hæretici suæ recordiæ morbum agnoscentes, donec adhuc est medicinæ locus, ad optimum medicum, nempe Christum, revertantur; et qui primo quidem aspectu probabilibus, sed non minus veneratoris quam futuri, si recte ponderentur, eorum argumentis adducti,

aliquam eis fidem habuerunt, eos deinceps et deploratos et inmedicabili peste affectos fugiant et ave-
sentur; reliqui vero, hoc accepto veluti antidoto, si eos omnino vitare non possint, quod esset consul-
tissimum, de sua certe salute et cautiores et securiores evadant. Hoc itaque primum statucendum est,
quod id quod ab omnibus gentibus et nationibus quæ Christum colunt, ubique citra alium discrimen
servatur, id non possit non esse a Christo et apostolis traditum; quod autem a Christo et apostolis tra-
ditum est, id non esse cum omni veneratione amplectendum, suscipiendum et retinendum, est plane im-
pium et nefarium dicere. Cum itaque apud omnes Christianas nationes, sacerdotes divinam sacramen-
ta facientes, post consecrationem, per quam verum efficitur Christi corpus et sanguinem, exterioribus tantum
signis remanentibus, ut apud omnes in confesso est, statim dicant: Tui mandati memores (nempe ejus
quod dixit Christus, *Hoc facite in mei recordationem*) tibi offerimus, omnino necesse est hoc esse sacrifici-
um a Christo institutum, et per manus ab apostolis ad nostra usque tempora traditum. Porro autem
cum et id in remissionem peccatorum ubique offeratur, et in eo de sanctis memoria agatur, et pro vivis ac
defunctis tam generaliter quam pro aliquibus nominatim oratur, non est dubium altaris sacrificium, quod
Hebræo vocabulo ab apostolis relicto Missam dicimus, et peccata expiare, et tam vivis quam defunctis,
et tam generaliter quam privatim aliquibus applicari ac prodesse, idque, velint velint Lutherani, a tem-
pore apostolorum ad nos usque pervenisse. Quo fit ut canon Missæ, quem ii tantopere exsecrantur,
apud alios omnes fideles jure sacrosanctus, ut est, dicatur et habeatur. Rogentur omnes omnium natio-
num sacerdotes, et omnes uno ore respondebunt, hæc quæ dixi omnia ita habere. Rogentur Æthiopes,
qui Chaldæa lingua utuntur, et ii hæc ita esse non inficiabuntur. Rogentur Armenii, qui licet fortasse
in nonnullis aliis aliquando a nobis dissenserint, in his quidem certe nobiscum semper optime conve-
nere. Rogentur Græci, et ii ea ita esse affirmabunt ut interim mirentur ullos esse omnino Christianos
qui auderent aliter sentire. Quanquam quid eos rogare opus est, cum Venetiis haud ita pridem sit edi-
tum eorum εὐχολόγιον seu sacerdotale Græcum, ex quo poterit eorum sacrificandi ritum quilibet studio-
sus cognoscere. Sed quoniam pulcherrimam eorum linguam non cuivis scire datum est, hæc reip.
Christianæ navavi operam, ut divi Chrysostomi et divi Basilii λεγούμενων, hoc est, sacrificii seu Missæ
rituum ordinationem, ex eorum sacerdotale, in linguam Latinam verterem. Quæ ut facilius intelligeretur,
Nicolai quoque Cabasilæ, viri in primis pii et docti, compendiosam in eam interpretationem illi adunxi:
et, ut qui sublimium rerum contemplatione delectantur, per hoc sanctum et mysticum sacrificium, a
ea quæ sunt ab omni materia remota, mente versandæ deducantur, et Deo, quoad ejus fieri poterit, uniantur,
Maximi monachi, optimi Dionysii interpretis, *De mystagogia ecclesiastica*, hoc est, de introductione
ad sacra Ecclesiæ mysteria, opusculum adieci.

Ex quibus omnibus non dubito, studiosè lector, quin si ea diligenter perlegeris, non levem sis ex eis
utilitatem accepturus: nempe, ut non omni vento doctrinæ circumactus, a Cynosura, hoc est a Christi
Ecclesia, optima fidelium duce, oculos minime dimoveas. Hoc autem onus ea libentius suscepi, quod
cum Lutherani, ut suam causam vulgo probabiliorem et plausibiliorem efficiant, et Græcos pro se facere
jactitent satis, et eo nomine pulcherrimam linguam apud bonos quidem, sed plus simplices, in invidi-
am vocent: ii his quidem certe perfectis facile intelligent, quam longè lateque Græci ab eis dissentiant,
et pro parte orthodoxorum una cum cæteris Christianis nationibus faciant.

Es tamen admonendus, studiosè lector, ut 29 et 30 caput libri Cabasilæ caute legas, ex quo impru-
dens fortasse quispiam posset facile colligere aliud sentire Græcos de verbis consecrationis, quam La-
tina Ecclesia sentiat, cum res tamen aliter habeat. Ut autem ad ea legenda tutius accedas, operæ pre-
tium fortasse fuerit te paucis præmunire. Primum itaque oportet intelligas, Græcos Latinorum sententiam
sæpenumero non satis intellexisse, ubi autem fuisset exposita, facile consensisse. Quod usu venit in
concilio Florentino, cum de Spiritus sancti processione ageretur.

Cum enim existimarent Latinos duo principia statuere, et ideo ab eis dissentirent, ubi rem aliter
habere intellexerunt, facile acqvievere. Similiter hic noster Caba illa videtur existimasse Latinos cre-
dere se per solam verborum Christi narrationem Christi corpus et sanguinem conficere, cum tamen
nemo Latinorum dubitet non sufficere formam consecrationis, nisi adsit consecrantis sacerdotis insti-
tutum ac propositum. Quo accedente, forma verborum in persona Christi prolata dicitur esse efficax
et habere convertendi potestatem, virtute ipsius Christi summi sacerdotis. Item etiam falso arbitrat
Latinos contemnere orationes quæ fiunt a sacerdote super dona, post verba Christi recitata, et ex ritu
consecrandi pronuntiata. Id enim falsum esse liquet ex canone Ecclesiæ Latinæ, in quo ponuntur tres
ad minus orationes post consecrationem super divina munera. Prima est: *Super quæ propitio*, etc.
Secunda: *Unde et memores*. Tertia: *Hæc omnia semper bona creas, sanctificas et benedixis*. Quanquam
secundam quoque orationem aliter interpretantur, quam Latini intelligant, ut statim dicetur.

Quod autem videtur esse in hac opinione, ut existimet post verba consecrationis adhuc remanere
panis et vini substantiam, nec nisi post sacerdotis orationes et benedictiones fieri conversionem, id esse
falsum vel ex ipsius Basilii et Chrysostomi sacrificandi ritu facile potest perspicui.

Nam post verba consecrationis super panem et vinum prolata sacerdos et diaconus ea utique osten-
dunt ut adorentur. Quin imò ipsi etiam ad mensam ter adorant: quod non fieret, nisi re ipsa facta
esset conversio. Deinde si per benedictiones et orationes, quæ consequuntur et dicuntur a sacerdote,

lieret conversio, non fieret conversio panis ante conversionem vini. Nam post utriusque benedictionem et orationem, tandem dicit sacerdos: *Mutans Spiritu tuo sancto*; et tamen si vera sunt quæ dicit, per orationem sacerdotis fieret mutatio tam panis quam vini in suo ordine. Ejus itaque expositio nec secum satis constaret, neque Christi ritui et ordini consecratio Græcorum, si ea esset ejusmodi, responderet, qui prius suum corpus vere confecit, deinde sanguinem, non utraque simul. Dicendum est ergo Latino um et Græcorum esse mentem, ut eodem veritatem consecrationis referant, alioqui sermo Christi non esset opifex, ut ait Chrysostomus, quem quidem adducit Cabasila tanquam suæ opinioni contrarium, ut e ejus tamen auctoritati in diluendo satis facit. Nam quod attinet ad vim verborum: *Crescite et multiplicamini*, quibus ut alia addantur requiritur, nempe matrimonium, alimentum et cætera; id in causa est, quod ea ad futurum referantur, et quæ requirebantur, includerent. Hic autem, Christus veram et re ipsa subsistentem sui corporis præsentiam significavit, et ita ut ipse fecit, fieri jussit, ut sermo ejus esset efficax et operans eo ipso momento quo dicitur, non quando jam transiit, ut videtur sentire Cabasila. Nec obstat quod in missa Chrysostomi et Basilii, post prolationem verborum Christi, dicit sacerdos: *Fiat corpus, fiat sanguis*, etc. Non est enim intelligendum tunc primum conversionem, quæ jam paulo ante facta est, sed ut ostendatur quod licet sermo Christi in voce transierit, tamen remanet effectus potentia ejus sub symbolis seu speciebus panis et vini. Similis modus loquendi invenitur Marci quinto, de muliere profluvia sanguinis laborante, quæ posteaquam a Christo sanata est fide, et ejus sumbriae vestimenti contactu, a Christo nihilominus audiit: *Esto sana a plaga tua*; quæ tamen jam sanata fuerat. Sed hoc dicere voluit Christus, ut licet tactus sumbriae transiisset, effectus tamen in eo consecutus perseveraret. Cum itaque Cabasila interpretatur locum illum canonis Ecclesiæ Latinæ, ita ut suo sensui congruat, id dissidet ab intelligentia Latinorum qui id aliter accipiunt. Nam *perferri*, sive *sursum ferri*, interpretatur, *mutari*. Latini autem intelligunt offerri per manus sancti Angeli, Christi scilicet, qui est magni consilii Angelus; vel etiam angeli, seu angelorum, qui orationes et vota nostra Deo offerunt, ut legitur in libro Tobia, et Act. x. Postremo, quod dicit post sermonem Christi, dona altaris, panem et vinum adhuc vocari, id quidem verum est, de vino autem non idem invenio: calix enim vocatur in missa Chrysostomi et Basilii. Quamvis autem id verum esset, nihil tamen obstaret, cum res in quas aliæ convertuntur, soleant retinere nomina earum quæ conversæ sunt; ut patet in virga Moysi, et aqua in vinum conversa, Joan. ii. Imo vero etiam Latini interdum vocant vinum sanguinem Christi. Ait enim sanctus Cyprianus, lib. ii, Ephes. iii: « Quomodo autem creaturæ de creatura, vitis novum vinum cum Christo in regno Patris bibemus, si in sacrificio Dei Patris vinum non offerimus? » Et Hieronymus, q. 2, ad Hedibiam: « Panis qui de cælo descendit corpus est Domini, et vinum quod discipulis dedit, sanguis illius est novi Testamenti. » Hæc autem quæ a nobis dicta sunt, confirmat concilium Florentinum, quod Armeniis dedit formam et ritum consecrandi Ecclesiæ Latinæ: quem quidem receperunt, ipsis Græcis nequaquam reclamantibus. Hæc visum est admonere, ne quis existimaret Græcorum sensum, quod ad corporis et sanguinis Domini confectionem attinet, a Latinorum sententia, hoc est ab Ecclesiæ veritate, dissidere: quod posset fortasse quispiam ex his duobus capitibus colligere. Cætera autem quæ sunt in hoc libello, sunt ejusmodi, ut nihil magis pium nec magis christianum dici aut fingi possit. Ea itaque, studiosè lector, fac legas, et æqui bonique consulas; et si quid spiritalis commodi ex eis percipias, Deo omnis boni auctori et datori age gratias. Vale et fruire.

ΝΙΚΟΛΑΟΥ ΤΟΥ ΚΑΒΑΣΙΛΑ

ΕΡΜΗΝΕΙΑ

ΤΗΣ ΘΕΙΑΣ ΛΕΙΤΟΥΡΓΙΑΣ.

NICOLAI CABASILÆ

SACRÆ LITURGÆ

INTERPRETATIO.

CAP. I.

Quid sibi vult in summa universum sacrificium.

Sanctæ sacrorum mysteriorum celebrationis opus et effectus quidem est donorum in divinum

ΚΕΦΑΛ. Α'.

Τι βούλεται καθόλου ελόκαστορ.

Τῆς ἁγίας τελετῆς τῶν ἱερῶν μυστηρίων ἔργον μὲν ἢ τῶν δώρων εἰς τὸ θεῖον σῶμα καὶ αἷμα μετα-

Ἐολή· τέλος δέ, τὸ τοὺς πιστοὺς ἁγιασθῆναι, δι' αὐτῶν
 ἁμαρτιῶν ἄφεσιν, καὶ βασιλείας οὐρανῶν κληρονο-
 μίαν, καὶ τὰ τοιαῦτα λαθόντας. Παρασκευὴ δὲ καὶ
 συντέλεια, πρὸς ἐκαίνο τὸ ἔργον, καὶ τοῦτο τὸ τέλος,
 εὐχαί, ψαλμοὶ, καὶ ἱερῶν Γραφῶν ἀναγνώσεις,
 καὶ πάντα, ἀπλῶς, τὰ πρὸ τοῦ ἁγιασμοῦ τῶν δούρων,
 καὶ μετὰ τὸν ἁγιασμὸν ἱερῶς γινόμενα, καὶ λεγόμε-
 να. Εἰ γὰρ προῖκα διδώσιν ἡμῖν ὁ Θεὸς πάντα τὰ
 ἅγια, καὶ οὐδὲν αὐτῷ προσισφέρομεν, ἀλλ' ἀτεχνῶς
 εἶτε χάριτες· ἀλλὰ τὸ γὰρ ἐπιτηδείους γενέσθαι πρὸς
 τὸ δέξασθαι αὐτὰ καὶ φυλάξαι ἐξ ἀνάγκης ἀπαιτεῖ
 παρ' ἡμῶν· καὶ ἂν μεταδοῖ τὸ ἁγιασμόν, μὴ
 οὕτω διατελείσιν. Οὕτω βαπτίζεται, οὕτω χρίεται,
 οὕτως ἐστρεφεί, καὶ τῆς φρενῆς μεταδίδωσι τραπέζης. Καὶ
 τοῦτο ἐδήλωσεν ἐν τῇ τοῦ σπύρου παραβολῇ. Ἐξήγηθε
 γὰρ, φησὶν, ὁ σπείρων, οὐχ ἵνα ἀρόσῃ τὴν χώραν, ἀλλ'
 ἵνα σπείρῃ, ὡς δὴ τῆς ἀρόσεως καὶ πάσης παρα-
 σκευῆς ἀφελουμένης· εἰσενεχθῆναι. Ἐπεὶ τοῦτον οὕ-
 τως ἀναγκαῖον ἦν πρὸς τὴν τεύξιν τῶν μυστηρίων τὸ
 εἶπεγοντας ἀπαντῆσαι καὶ παρασκευασμένους, εἶδει
 καὶ τοῦτο ἐνεῖναι· τῇ συντάξει τῆς ἱερᾶς τελετῆς,
 καὶ ἐνεῖναι. Τοῦτο γὰρ δύναται ἡμῖν εὐχαί, ψαλ-
 μοί, καὶ εἰτε ἱερῶς ἐν αὐτῇ γίνεται καὶ λέγεται.
 Ἄγιάζουσι γὰρ ἡμεῖς, καὶ διατιθέσιν, τοῦτο μὲν
 πρὸς τὸ δέξασθαι καλῶς, τοῦτο δὲ πρὸς τὸ συντηρή-
 σαι τὸν ἁγιασμόν, καὶ μείζονα κατέχοντας. Ἄγιά-
 ζουσι δὲ δούλως, ἕνα μὲν τρόπον, καὶ ὅν ἀπ' αὐτῶν
 τῶν εὐχῶν ὠφελοῦμεθα, καὶ τῶν ψαλμῶν καὶ τῶν
 ἀναγνώσεων. Αἱ μὲν γὰρ εὐχαί πρὸς τὸν Θεὸν ἐπι-
 στρέφουσι, καὶ ἁμαρτιῶν ἄφεσιν προσηνοῦσιν, αἱ τε
 ψαλμοὶ δὲ ὁμοίως· αὐτὸν ἡμῖν ἐξίλειουσι, καὶ τὴν
 ἐκείθεν ἐπισπῶνται βροχὴν. Θύσων γὰρ, φησὶ, τῷ Θεῷ
 θυσίαν ἀνέσεις, καὶ ἐξελούμαί σε, καὶ ἡσάσεις με.
 Αἱ δὲ τῶν ἱερῶν Γραφῶν ἀναγνώσεις τὴν τοῦ Θεοῦ
 καταγγέλλουσαι χρηστότητα καὶ φιλανθρωπίαν, καὶ
 εὐθείας τὸ δίκαιον καὶ τὴν κρίσιν, τὸν τε αὐτοῦ φόβον
 εἰς τὰ· ψυχὰς ἡμῶν ἐνιδί, καὶ τὴν πρὸς αὐτὸν
 ὀγαπῆν ἀνίπτουσι, καὶ οὕτω πρὸς τὸ τηρεῖν τὰς ἐντο-
 λὰς αὐτοῦ, πολλὴν ἐμβάλλουσι προθυμίαν. Ταῦτα
 δὲ πάντα ἐν τῷ ἱερῷ καὶ τῷ λαῷ καλλῶ, καὶ θειο-
 τέραν ἐργαζόμενα τὴν ψυχὴν, καὶ ἀμφοτέρους μὲν
 πρὸς τὴν ὑποδοχὴν τῶν τιμῶν δώρων καὶ συντη-
 ρησιν, ἐπιτηδείους ποιοῦσιν, ὅπερ ἐστὶ τῆς ἱερουργί-
 ας τὸ τέλος· ἰδίως δὲ τὸν ἱερέα πρὸς τὸ τελέσαι
 τῆς μυσταγωγίας τὸ ἔργον, ὡς εἴρηται. Τοῦτο δὲ
 αὐτὸ καὶ πολλαχοῦ τῶν εὐχῶν κεῖται· καὶ εὐχεται
 ὁ ἱερεὺς μὴ ἀνάξιος ὀφθῆναι τοῦ προκειμένου, ἀλλὰ
 καθαρὰς χερεῖ, καὶ ψυχῇ, καὶ γλώττῃ τῷ μυστηρίῳ
 διακονῆσαι, καὶ οὕτω μὲν ἀπ' αὐτῆς τῆς δυνάμεως
 τῶν βημάτων, τῶν λεγομένων καὶ ἀδομένων πρὸς
 τὴν τελετὴν ὠφελοῦμεθα ἕτερον δὲ τρόπον ἀπὸ τού-
 των, καὶ εἰτε πάντων τῶν ἐν τῇ ἱερουργίᾳ τελοῦμέ-
 των ἁγιαζόμεθα, καὶ ὅν ἐν αὐτοῖς ὁρώμεν τὸν Χρι-
 στοῦ τυπούμενον καὶ τὰ ὑπὲρ ἡμῶν αὐτοῦ ἔργα, καὶ
 πάθη· καὶ γὰρ ἐν τοῖς ψαλμοῖς καὶ ἀναγνώσεσι καὶ
 πᾶσι τοῖς ὑπὸ τῶν ἱερῶν, διὰ πάσης τῆς τελετῆς
 πραγματοποιένοις ἡ οἰκονομία τοῦ Σωτῆρος σημαίνεται,
 τὰ μὲν πρῶτα αὐτῆς, τῶν πρῶτων τῆς ἱερουργίας

A corpus et sanguinem mutatio. Finis autem. ut
 fideles per ipsa sanctificentur, peccatorum remis-
 sione, et regni caelorum hereditate simul accepta.
 Preparatio autem et quæ ad opus et hunc finem
 conferunt, preces, psalmodiæ et sacrarum Littera-
 rum lectiones, et, ut semel dicam, omnia quæ
 ante donorum sanctificationem, et post sanctifica-
 tionem sacrosancte dicuntur et fiunt. Etsi enim
 gratis dat nobis Deus sancta omnia, et ad ipsum
 nihil asserimus, sed sunt revera gratiæ, ut tamen
 ad ea recipienda et conservanda apti simus, a nobis
 necessario postulat: nec sanctificationem impertietur,
 nisi his qui ita affecti et dispositi fuerint. Ita bap-
 tizat, ita ungit, ita convivio excipit, et sacra mensa
 impertit. Hoc autem significavit in parabola seminis.
 B Exiit enim, inquit, qui seminat, non ut terram aret,
 sed ut seminiet, nempe quod aratio et omnis præ-
 paratio a nobis asserri debet. Quoniam ergo ad
 assequenda sacramenta ita erat necessarium, ut
 qui recte haberent et parati essent, accederent:
 oportebat hoc inesse in sancti sacrificii constitu-
 tione, et inest. Hanc enim in nobis habent potestatem
 preces, psalmi, et si quid sacrosancte in ea
 fit et dicitur. Nos enim sanctificant et disponunt,
 partim quidem ut recte suspiciamus, partim autem
 ut sanctificationem conservemus et retinere per-
 ganus. Dupliciter autem sanctificant: uno quidem
 modo, quo ab ipsis precibus juvamus, et psalmis,
 et lectionibus. Preces enim ad Deum convertunt,
 et peccatorum remissionem conciliant, et psalmo-
 diæ similiter eum nobis efficiunt propitium, et quod
 illinc dependet momentum atrahunt. Sacrificia
 enim, inquit, Deo sacrificium laudis, et liberabo te,
 et glorificabis me. Sacrarum autem Scripturarum
 lectiones, Dei benignitatem et humanitatem an-
 nuntiantes, et rursus justitiam et iudicium et ejus
 metum in animas nostras immittunt, et dilectionem
 in eum accendunt, et ita ad ejus servanda mandata
 multam promptitudinem et animi alacritatem affe-
 runt. Hæc autem omnia, et sacerdoti et populo
 pulchriorem et diviniorem animam efficiunt, utros-
 que ad susceptionem et conservationem aptos red-
 dunt, qui est finis sacrificii: privatim autem ac-
 ceorsum sacerdotem, ut non indigne ad sacrificium
 peragendum accedat, præparat: quod quidem est
 mysterii celebrandi opus, ut dictum est. Hoc ipsum
 autem etiam in multis precum locis situm est, et
 præatur sacerdos ne videatur indignus proposito,
 sed puris manibus, et anima, et lingua, et myste-
 rio serviat, et sic ab ipsa verborum, quæ dicuntur
 et canuntur, potestate, ad sacrum celebrandum
 adjuvamur. Alio autem modo ab his, et præterea
 omnibus quæ in sacrificio peraguntur, sanctifica-
 mur, quatenus in eis videmus Christum figuratum,
 et ea quæ pro nobis fecit et passus est. Etenim in
 psalmis et lectionibus, et omnibus quæ a sacerdote
 per totam sacri celebrationem fiunt, Servatoris
 nostri humanæ naturæ susceptionis œconomia
 significatur: quæ ejus quidem prima sunt, his quæ

in sacrificio sunt primo, significantibus: quæ vero secundo loco, secunda; quæ autem postremo loco, ea quæ consequuntur; et licet his qui hæc vident, omnia habere ante oculos. Donorum enim sanctificatio, ipsum sacrificium, ejus mortem annuntiat, et resurrectionem et assumptionem, quoniam pretiosa hæc dona in ipsum corpus Dominicum mutantur, quod hæc omnia suscepit, quod crucifixum est, resurrexit et in cælos ascendit. Quæ autem ante sacrificium dicuntur et fiunt, ea quæ ante mortem fuerunt, adventum, ostensionem et perfectam manifestationem. Quæ autem post sacrificium, Patris promissionem, ut ipse dicit, sancti Spiritus ad apostolos descensum, gentium ad Deum per illos conversionem et communionem. Et est universa mysterii celebratio veluti una quædam imago unius corporis reipublicæ Servatoris, omnes ejus partes ab initio ad finem, per ordinem et inter se convenientiam sub aspectum deducens. Unde psalmi quidem, ut qui canentur in proœmiis, et adhuc ante eos quæ in donorum propositione et fiunt et dicuntur, primum tempus Christi œconomiz significant. Quæ autem post psalmos, sacram Litterarum lectiones et alia, id quod sequitur. Nam et si dicatur alius esse usus lectionum et psalmodiarum, ea enim assumpta esse, ut scilicet ad virtutem nos ungant, et ut Deum propitium reddant, nihil tamen prohibet quominus et hoc et illud possint, et eadem, et fideles ad virtutem inducant, et Christi œconomiam et dispensationem in carne significant. Quemadmodum enim vestes inducenti quidem usum implent, et corpus tegunt: eo autem quod tales vel tales sunt, nonnunquam et artificium, et vitam et dignitatem eorum qui induti sunt, significant, ita etiam se habet in his. Quia enim divinæ Scripturæ et verba divinitus inspirata, et hymnos Dei comprehendunt, et ad virtutem adhortantur, eos qui legunt et cantant, sanctificant. Quia autem talia electa sunt, et ita sunt ordinata, et aliam habent potestatem, et sufficiunt ad significandam Christi peregrinationem, et ejus institutionem. Neque enim ea solum quæ coluntur et leguntur, sed ea etiam quæ in celebrando peraguntur, eodem modo se habent; fit enim unumquodque præsentis usus gratia; significat autem etiam aliquid ex operibus vel actionibus, vel passionibus Christi. Quemadmodum oblatio Evangelii ad altare, oblatio pretiosorum donorum. Fit enim utrumque ut usus postulat, illa quidem, ut legatur Evangelium, hæc vero ut sacrificium peragatur: significant autem utraque, Servatoris ostensionem et manifestationem, illa quidem, incipientis manifestari, obscuram et adhuc imperfectam: hæc vero, perfectissimam et ultimam. Sunt autem etiam eorum quæ fiunt, nonnulla quæ nullum usum implent, sed alicujus tantum rei gratia significandæ fiunt: sicut panis punctio, et quæ in ipso fit crucis inscriptio, et quod ferriculum, quod ipsum pungi, est ad formam lanceæ factum: et postremum,

δηλούντων, τῶν δὲ δευτέρων, τὰ δεύτερα, τῶν δὲ τελευταίων, τὰ μετ' ἐκείνα. Καὶ ἔξεστι τοῖς ταῦτα ὀρῶσι, πάντα ἐκείνα πρὸ τῶν ὀφθαλμῶν ἔχειν· ὁ μὲν γὰρ τῶν δώρων ἀγιασμὸς, αὐτῆς ἡ θυσίας, τὸν θάνατον αὐτοῦ καταγγέλλει, καὶ τὴν ἀνάστασιν καὶ τὴν ἀνάληψιν, ὅτι τὰ τίματα ταῦτα δῶρα, εἰς αὐτὸ Κυριακὸν μεταβάλλει σῶμα, τὰ ταῦτα πάντα δεξιόμενον, τὸ σταυρωθὲν, τὸ ἀναστάν, τὸ εἰς τὸν οὐρανὸν ἀνεληλυθὸς· τὰ δὲ πρὸ τῆς θυσίας, τὰ πρὸ τοῦ θανάτου, τὴν παρουσίαν, τὴν ἀνάδειξιν, τὴν τελείαν φανέρωσιν· τὰ δὲ μετὰ τὴν θυσίαν, τὴν ἐπαγγελίαν τοῦ Πατρὸς, ὡς αὐτὸς εἶπε, τὴν τοῦ ἁγίου Πνεύματος εἰς τοὺς ἀποστόλους κἀποδοῦν· τὴν τῶν ἰθῶν δι' ἐκείνων εἰς τὸν Θεὸν ἐπιστροφὴν τε καὶ κοινωνίαν. Καὶ ἔστιν ἡ πᾶσα μυσταγωγία καθάπερ τις εἰκὼν μία, ἐνὸς σώματος τῆς τοῦ Σωτῆρος πολιτείας, πάντα αὐτῆς τὰ μέρη, ἀπ' ἀρχῆς ἄχρι τέλους, κατὰ τὴν πρὸς ἄλληλα τάξιν καὶ ἁρμονίαν ὑπ' ὄψιν ἄγουσα. Ὅθεν οἱ μὲν ψαλμοὶ, ὡς ἂν ἐν προοίμιοις ᾄδόμενοι, καὶ εἰ πρὸ τούτων, τὰ ἐν τῇ προθέσει τῶν δώρων γενόμενα, καὶ λεγόμενα, τὸν πρῶτον κερὸν τοῦ Χριστοῦ οἰκονομίαν σημαίνουσι. Τὰ δὲ μετὰ τοὺς ψαλμοὺς, ἱερῶν Γραφῶν ἀναγνώσεις, καὶ τὰ ἄλλα, τὰ ἐφεξῆς. Εἰ γὰρ καὶ ἄλλη τις εἰρηται εἴησι ἡ χρεία τῶν ἀναγνώσεων, καὶ τῶν ψαλμῶν· ἔστιν, παραλειψθεὶς γὰρ αὐτὰ, ἵνα δηλονότι πρὸς ἀρετὴν ἀλείψωσιν ἡμᾶς, ἵνα τὸν Θεὸν ἰλεώσωσιν, ἀλλ' οὐδὲ βωλεῖ καὶ τοῦτο κάκεινο δύνασθαι, καὶ τὰ αὐτὰ τοὺς τε πιστοὺς εἰς ἀρετὴν ἐνάγειν, καὶ τὴν τοῦ Χριστοῦ οἰκονομίαν σημαίνειν. Καθάπερ γὰρ τὰ ἱμάτια πληροῦσι μὲν τὴν χρείαν τῆς ἐνδύσεως, καὶ καλύπτουσι τὸ σῶμα, τῷδε τοιαῦτα εἶναι ἡ τοιαῦτα, καὶ ἐπιτέθειμα ἐνίστα σημαίνουσι, καὶ βίον, καὶ ἀζήτημα τῶν περικειμένων· οὕτω καὶ ἐπὶ τούτων ἔχει. Ὅτι μὲν γὰρ θεαί Γραφαί, καὶ θεόπνευστα βήματα καὶ ὕμνοι τοῦ Θεοῦ περιέχουσι, καὶ εἰς ἀρετὴν προτρέπονται, τοὺς ἀναγινώσκοντας καὶ ᾄδοντας ἁγιάζουσι. Ὅτι δὲ τοιαῦτα ἐξελέγησαν, καὶ οὕτως ἐτάχθησαν, καὶ τὴν ἄλλην δύναμιν ἔχουσι, καὶ ἀκοῦσι πρὸς σημασίαν τῆς τοῦ Χριστοῦ ἐπιδημίας καὶ πολιτείας. Ἐπειδὴ μόνον τὰ ᾄδόμενα καὶ ἀναγινωσκόμενα, ἀλλὰ καὶ τὰ τελούμενα τούτων ἔχει τὸν τρόπον· καὶ γίνεται ἕκαστον, τῆς χρείας ἕνεκα τῆς ἐνισταμένης. Σημαίνει δὲ καὶ τὰ τῶν τοῦ Χριστοῦ ἔργων, ἡ πράξιον, ἡ παθῶν· οἷόν ἐστιν, ἡ εἰς τὸ θυσιαστήριον εἰσαγωγή τοῦ Εὐαγγελίου, ἡ εἰσαγωγή τῶν τιμῶν δώρων. Γίνεται μὲν γὰρ κατὰ χρείαν ἑκάτερον· ἡ μὲν ἵνα τὸ Εὐαγγέλιον ἀναγνωσθῆ· ἡ δὲ ἵνα ἡ θυσία τελεσθῆ. Σημαίνουσι δὲ ἀμφοτέρω τὴν τοῦ Σωτῆρος ἀνάδειξιν, καὶ φανέρωσιν, ἡ μὲν ἀρχομένου φανερούσθαι τὴν ἀμυδρὸν εἶτι καὶ ἀτελῆ, ἡ δὲ τὴν τελεωτάτην καὶ τελευταίαν. Εἰσὶ δὲ καὶ τῶν ἐνταῦθα τελούμενων ἕνια χρεία μὲν οὐδεμίαν πληροῦντα· σημασίας δὲ τινος ἕνεκα μόνον τελούμενα, ὡς ἡ τοῦ ἁγίου κέντησις, καὶ ἡ ἐν αὐτῇ γραφῇ τοῦ σταυροῦ· καὶ τὸν αὐτὸν τὸν κεντούντα αἰδῶρον, ἐν εἴδει λόγχης εἶναι· πεποιημένον, καὶ τὸ τελευταῖον ἡ εἰς τὰ ἅγια ἐκβολὴ τοῦ θερμοῦ ὕδατος. Καὶ ἐν τοῖς ἄλλοις δὲ μυστηρίοις πολλὰ τοιαῦτα ἂν εὑροίς, ὡς περ ἐν τῇ βαπτί-

σκιαι τοὺς βαπτίζεσθαι μέλλοντας, ὑπολύεσθαι ὄσι, καὶ ἀποδύεσθαι καὶ εἰς τὰς δυσμὰς βλέποντας, τὰς χεῖρας ἀποτεινέιν, καὶ ἐκφυσῶν. Ἄλλὰ ταῦτα μὲν ἔχει τὸ τοῦ ποιητοῦ διδάσκαλος· μίσο, ὅσον ἐν ἡμῖν εἶναι δεῖ, καὶ ὅπως ἀνάγκη αὐτὸν ἐκτρέπεσθαι· τὸν μέλλοντα Χριστιανὸν ἀληθινὸν εἶναι· καὶ εἰ τι ἄλλο τοιοῦτον ἐν τοῖς μυστηρίοις, ἄλλην ἂν ἔχει τὴν σημασίαν. Τὰ δὲ ἐν τῇ τελευτῇ τῶν δώρων γινόμενα εἰς τὴν τοῦ Σωτῆρος οἰκονομίαν ἀναφέρεται πάντα· ἵνα ἡμῖν ἡ αὐτοῦ θεωρία τῶν ὀφθαλμῶν ὄσασ, τὰς ψυχὰς ἀγιάξῃ, καὶ οὕτως ἐπιτήθειαι γινόμεθα πρὸς τὴν ὑποδοχὴν τῶν ἱερῶν δώρων. Καθάπερ γὰρ τότε τὴν οἰκομένην ἀνέστησεν, οὕτως ἀεὶ θεωρουμένη καλλίως τοῖς θεωροῦσιν αὐτήν, καὶ θεωυτέραν ἐργάζεται τὴν ψυχὴν μᾶλλον δὲ οὐδὲ τότε ἂν ὠφέλησεν οὐδὲν, μὴ θεωρηθεῖσα, μὴ πιστευθεῖσα καὶ τούτου χάριν ἐκρηύχθη, καὶ πρὸς τὸ πιστευθῆναι μυρία ὁ Θεὸς ἐμπαύσατο· ὡς οὐ δυναμένην ταῖς αὐτοῦ ποιεῖν, καὶ σώζειν ἀνθρώπους, εἰ γενομένην τοῦ σώζεσθαι μέλλοντας ὑπ' αὐτῆς ἐλάθοναν. Ἄλλὰ τότε μὲν κηρυττωμένη, τὴν περὶ Χριστὸν αἰδῶ, καὶ τὴν πίστιν, καὶ τὴν ἀγάπην, ἐν ταῖς τῶν ἀγωνισσόντων ψυχαῖς, μὴ ὄσασ ἐδημιούργει· νῦν δὲ ὑπὸ τῶν ἔδη πιστευομένων, φιλοπόνως θεωρουμένη, τὰ μακρόρια ταῦτα πάθη οὐκ ἐντίθησι μὲν αὐτῇ· ἐγκαίμενα δὲ συντηρεῖ, καὶ ἀνακαινίζει, καὶ αὔξει· καὶ βεβαιωτέρους μὲν περὶ τὴν πίστιν, θερμότερους δὲ περὶ τὴν εὐλάβειαν καὶ τὴν ἀγάπην αὐτοῦ ἐργάζεται. Ἄ γὰρ μὴ ὄντα γενέσθαι ἐποίησε, πολλὰ ἔβρον φυλάξει, καὶ συντηρήσει, καὶ ἀνανεώσει δύναται· ἂν· ἀλλὰ ταῦτά ἐστι, μεθ' ὧν ἀνάγκη προσεῖναι τοῖς ἱεροῖς, καὶ ὧν χωρὶς καὶ τὸ βλέπειν ἔχει παντελῶς ἀνόσιον, εὐλόβεια, πίστις, ἀγάπη πρὸς τὸν Θεὸν πολὺ τὸ θερμὸν ἔχουσα. Διὰ τοῦτο ἐχρῆν τὴν ταῦτα ἡμῖν ἐνθεῖναι δυναμένην θεωρίαν ἐν τῇ συντάξει τῆς λειτουργίας σημαίνεσθαι, ἵνα μὴ τῷ νῷ λογιζώμεθα μόνον, ἀλλὰ βλέπωμεν τρόπον-οἷον τινα τὴν πολλὴν τοῦ πλουτοῦ πενίαν, τὴν ἐπιδημίαν τοῦ πάντα τόπον κατέχοντος, τὰ ὄνειδος τοῦ εὐλογημένου, τὰ πάθη τοῦ ἀπεθού, ὅσον μισηθεῖς, ὅσον ἠγάπησεν· ἥλικος ὢν, ὅσον ἐταπεινώσεν ἑαυτὸν· καὶ τί πάθων καὶ τί δράσει, ταύτην ἡτοίμασεν ἐνώπιον ἡμῶν τὴν τράπεζαν· καὶ οὕτω θαυμάσαντες τὴν καινότητά τῆς σωτηρίας, ἐκπλαγέντες τὸ πλῆθος τῶν οἰκτιρμένων, αἰδεσθῶμεν τὸν οὕτως ἐλεήσαντα, τὸν οὕτω σώσαντα· καὶ πιστεύσωμεν αὐτῷ τὰς ψυχὰς, καὶ παραδώμεθα τὴν ζωὴν, καὶ φλέξωμεν τὰς καρδίας τῷ πυρὶ τῆς ἀγάπης αὐτοῦ· καὶ τοιοῦτοι γενομένοι, τῷ πυρὶ τῶν μυστηρίων ὀμιλήσωμεν ἀσφαλῶς καὶ οικειῶς. Οὐ γὰρ ἀρκεῖ πρὸς τὸ τοιοῦτους γενέσθαι τότε, τὸ μαθεῖν ποτε τὰ Χριστοῦ, καὶ εἰδῶτας εἶναι· ἀλλ' ἀνάγκη καὶ τηνεκαῦτα, τὸν ὀφθαλμὸν τῆς διανοίας ἔχειν ἔκει, καὶ θεωρεῖν αὐτὰ, ἐνεργεῖα πάντα λογισμῶν ἕτερον ἐκκαθόντας· εἰ γε μέλλοιμεν πρὸς τὸν ἁγιασμὸν ἐκείνον ἐπιτηδεῖν ἤνεπε ἐργάσασθαι τὴν ψυχὴν. Εἰ γὰρ τὸν μὲν λόγον ἔχομεν τῆς εὐσεβείας, ὡστ' ἐρωτηθέντες αὐτὸν ὑγειῶς ἂν ἀποκριθῆναι, ἐπειδὴν δὲ μνησθῆναι δεῖ, μὴ θεωροῦμεν ἅπαντα καλῶς, ἀλλὰ τὸν νοῦν ἄλλοις προσ-

aque in sancta immissio. Porro autem in aliis etiam sacramentis multa talia inveneris, quemadmodum in baptismo eos qui sunt baptizandi, et calcens et vestes oportet exuere, et ad Occidentem respicientes, manus extendere et insufflare. Sed hæc quidem illic docent, quantum maligni odium in nobis esse oportet, et quomodo necesse est cum se gerere, qui est verus Christianus futurus : et si quid aliud hujusmodi in sacramentis, aliam habeat significationem. Quæ autem sunt in mysterii donorum celebratione, ad Servatoris susceptæ carnis œconomiam omnia referuntur, ut ejus contemplatio nostris oculis subjecta, animas sanctificet, et sic apti efficiamur ad sacrorum donorum susceptionem. Sicut enim tunc cum fuit, orbem terræ erexit, ita semper considerata, pulchriorem iis qui ipsam contemplantur et diviniorē animam efficit : imo quod magis est, ne tunc quidem quid quam juvisset, nisi considerata et credita fuisset, et ea de causa prædicata, et ut crederetur, Deus innumerabilia machinatus est : nempe quod non posset quod suum est facere, et homines servare, si eos qui ab ipsa servandi sunt, eam fuisse lateret. Sed nunc quidem prædicata, reverentiam in Christum, fidemque et dilectionem ingrati animi hominibus, cum antea non essent, fabricabatur ; nunc autem ab iis qui jam crediderunt diligenter considerata, beatas has effectiones eis quidem non inserit, sed insitas conservat, et renovat, et auget, et in fide quidem firmiores, in pietate autem et charitate ipsos ferventiores efficit. Quæ enim cum non essent, ut fierent effecit, ea multo facilius servare, et custodire, et renovare poterit. Hæc autem sunt, cum quibus ad sacra accedere necesse est, et sine quibus vel eo aspirare est omnino nefarium, religio, fides, dilectio in Deum valde vehemens. Propterea oportebat contemplationem, quæ in nobis hæc posset inserere, in sacrificii constitutione significari, ut non mente solum, sed etiam quodammodo oculis videremus multam divitis paupertatem, ejus peregrinationem qui omnem locum obtinet, probra ejus qui est benedictus, passionem ejus qui est impatiibilis, quantum odio habitus, quantum dilexit, quantum cum esset, quantum seipsum humiliavit, et quid passus, et quantum a se facta, hanc coram nobis mensam paravit : et ita salutis novitatem admirantes, et propter misericordiarum multiudinem stupore perculti, revereamur eum qui sic misertus est, eum qui sic servavit ; eique credamus animas, et vitam commendemus, et corda accendamus igne suæ dilectionis : et tunc tales fuerimus, poterimus et secere et familiariter in mysteriorum igne versari. Non enim sufficit ad hoc ut tunc tales simus, ea quæ Christi sunt aliquando didicisse, et ea scire : sed necesse est etiam tunc mentis oculum illic figere, et ea actu contemplari, omni alia ejecta cogitatione, siquidem ad sanctificationem illam, aptam et accommodatam, ut dixi, sumus animam

redditori. Si enim tenemus quidem rationem pietatis, adeo ut de ea rogati recte respondeamus, quando autem oportet mysteriis inibui, non recte omnia consideramus, nec mentem adhibemus, nulla est nobis illius cognitionis utilitas; non enim potest nobis ullam earum quæ dictæ sunt affectionum immittere; ex his enim quæ tunc nos detinent, cogitationibus afficimur, et tales habemus affectiones, quales illæ possunt efficere. Propterea talis excogitata est figura, partim quidem non verbis oclum significans, sed omnia etiam sub aspectum deducens, partim autem quæ toto sacrificii tempore appareat: ut per illam quidem agat in animas facilius, et non sola contemplatio, sed etiam affectio et passio in animis insideat, utpote evidentius nobis per oculos impressa imaginatione: per illam autem non det locum oblivioni, neque sinat cogitationem ad aliquid aliud convertere, donec ad ipsam mensam deduxerit, et ita illia cogitationibus referti, et vigentem memoriam habentes, simus sacrorum mysteriorum participes, sanctificationi sanctificationem inducentes, contemplationem sanctificationi, sanctificationem mysterio, et transformati a gloria in gloriam, in eam quæ est omnium maxima, ad ea quæ minor est. Et hoc quidem sibi vult totum, ut summam dicam, sacrificium; deinceps autem unum quodque ab initio ejus, quoad fieri poterit, sigillatim considerandum est. Primum quidem preces quæ sunt initiis, et sacræ benedictiones, et sacra cantica, et lectiones; postea ipsum sacrum opus, ipsum sacrificium; post hoc autem sanctificatio, qua per ipsum sanctificantur animæ Christianorum, et vivorum et mortuorum. Præterea autem et quæ ea consequuntur, populi et sacerdotis ad Deum cantica et preces, si quid eorum omnia autem, et in omnibus, quæ per totam mysterii celebrationem apparet Servatoris susceptæ carnis œconomia, quid eorum quæ ad illam pertinent, per quodnam eorum quæ in sacri celebratione sunt, significatur.

CAP. II.

Cur non a principio altari imponuntur sacra dona.

Initium autem ducamus ab eorum, quæ in propositione sunt et dicuntur, contemplatione, et ipsa eorum allatione donorumque oblatione. Cur enim non statim ad altare ducuntur et sacrificantur, sed primum tanquam dona Deo dedicantur? Quia offerbantur quidem Deo sacrificia ab antiquis, ratione carentium animalium cædes et sanguis; offerebantur autem etiam dona, quemadmodum vasa aurea vel argentea. Corpus autem Christi etiam utraque habere videtur. Etenim sacrificium quidem posterius existit, quando pro gloria Patris est interfectus: dedicatus autem erat et oblatus Deo ab initio, et donum erat ipsi pretiosum, et tanquam assumptum ut nostri generis primitiæ, et propter legem, quod erat primogenitus. Ea de causa, quæ nunc offeruntur, per quæ corpus illud significatur, non statim ad altare ducuntur et sacrificantur, sed hoc quidem sit postea, prius autem Deo dedicantur, et dona pretiosa Deo et sunt, et vocantur.

Α έχωμεν, οὐδὲν ἡμῖν ἐφελος τῆς γνώσεώς ἐστιν ἐκείνης οὐ γὰρ δύνανται τε τῶν εἰρημένων ἡμῖν ἐνθεῖναι παθῶν. Πρὸς γὰρ τοὺς τότε κατέχοντας λογισμοὺς διατιθέμεθα, καὶ τοιαῦτα πάθη πάσχομεν, οἷα δρᾶν ἐκείνοι δύνανται. Τοῦτου χάριν ὁ τοιοῦτος ἐπενοήθη τύπος. τοῦτο μὲν οὐ λόγους μόνον σημαίνων, ἀλλὰ καὶ ἐπ' ἐβ' ἔργων ἅπαντα. τοῦτο δὲ διὰ πάσης τῆς ἱερουργίας φαινόμενος· ἐν ἐκείνῳ μὲν εἰς εὐχὰς ψυχῆς εὐκολώτερον δρᾶση, καὶ οὐ θεωρία ψιλῆ μόνον, ἀλλὰ καὶ πάθος ἡμῖν ἐντεθῆ, ὡς ἂν τῆς φαντασίας διὰ τῶν ὀφθαλμῶν ἐναργέστερον ἡμῖν τυπουμένης· ἐκείνῳ δὲ μὴ δι' ἐβ' λήθη χάραν, μηδ' ἐπίστασι πρὸς ἄλλο τρέψαι τὸν λογισμὸν, ἕως ἐπ' αὐτὴν ἀπάγοι τὴν τρέψαν, καὶ οὕτω γέμοντες τῶν ἐνοιῶν τούτων, καὶ τὴν μνήμην ἀκμάζουσαν ἔχοντες, τῶν ἱερῶν μεταλάδωμεν μυστηρίων, ἀγιασμὸν ἐπιτελοῦντες ἀγιασμῶν, τῶν τῶν θεωριῶν τὸν τῆς τελετῆς, καὶ μεταμορφούμενοι ἀπὸ δόξης εἰς δόξαν τὴν ἀπασῶν μεγίστην ἀπὸ τῆς ἐλάττονος. Καὶ οὕτως μὲν ὁ νοῦς τῆς ὅλης ἱερουργίας ὡς ἐν κεφαλῇ ἐξῆς δὲ ἀνωθεν αὐτὴν θεωρητέον, ὡς οἶόν τε, κατὰ μέρος. Πρῶτον μὲν τὰς προτελειῶς εὐχὰς, καὶ ἱερολογίας, καὶ ὡδὰς ἱερὰς, καὶ ἀναγνώσεις ἐπειτα τὸ ἔργον αὐτῶν τῶν ἱερῶν, αὐτὴν τὴν θυσίαν μετὰ δὲ τοῦτο τὸν ἀγιασμὸν, ὃν δι' αὐτῆς ἀγιάζονται Χριστιανῶν ψυχαὶ, καὶ ζώντων, καὶ τεθνηκότων. Ἔτι δὲ καὶ τὰς ἐπὶ τούτοις τοῦ λαοῦ καὶ τοῦ ἱερέως πρὸς Θεὸν ὡδὰς καὶ εὐχὰς, εἴ τι τούτων ἐπισκέψεως καὶ θεωρίας δεῖται τινος πρὸς πάντων, καὶ ἐν πᾶσιν, τὴν διὰ πάσης τῆς τελετῆς φαινομένην τοῦ Σωτῆρος ὀικονομίαν τί τῶν ἐκείνης, διὰ τινος τῶν ἐν τῇ ἱερουργίᾳ τελουμένων σημαίνεται.

Præterea autem et quæ ea consequuntur, populi et sacerdotis ad Deum cantica et preces, si quid eorum omnia autem, et in omnibus, quæ per totam mysterii celebrationem apparet Servatoris susceptæ carnis œconomia, quid eorum quæ ad illam pertinent, per quodnam eorum quæ in sacri celebratione sunt, significatur.

ΚΕΦΑΛ. Β'.

Διὰ τί μὴ ἐξ ἀρχῆς ἐν τῷ θυσιαστηρίῳ τίθεται τὰ τίμια δῶρα.

Ἄρχη δὲ ἡμῖν ἔστω τῶν ἐν τῇ προθέσει τελουμένων καὶ λεγομένων ἢ θεωρία, καὶ τούτων αὐτῆς τῆς προσαγωγῆς καὶ τῆς δωροφορίας. Διατί γὰρ οὐκ εὐθὺς εἰς τὸ θυσιαστήριον ἄγεται καὶ θύεται. Διὰ τὸ ἀλλὰ πρῶτον εἰς δῶρα ἀνατίθεται τῷ Θεῷ; Ὅτι προσήγοντο μὲν θυσίαι τῷ Θεῷ παρὰ τῶν παλαιῶν, ζώων ἀλόγων σφαγαὶ καὶ αἵματα προσήγοντο δὲ καὶ δῶρα, ὡσπερ τὰ χρυσὰ σκευὴ ἢ ἀργυρὰ τὸ δὲ σῶμα τοῦ Χριστοῦ καὶ ἀμφοτέρω φαίνεται ἔχον. Καὶ γὰρ θυσία μὲν γέγονεν ὕστερον, ὅτε ἐσφάγη ὑπὲρ τῆς δόξης τοῦ Πατρὸς· ἀνέκειτο δὲ ἐξ ἀρχῆς τῷ Θεῷ, καὶ δῶρον ἦν αὐτῷ τίμιον, καὶ ὡς προσληφθὲν ὡς ἀπαρχὴ τοῦ γένους ἡμῶν, καὶ διὰ τὸν ὕμνον, ὅτι πρωτότοκος ἦν. Τοῦτου χάριν τὰ νῦν προσαγόμενα δι' ὧν τὸ σῶμα ἐκείνο σημαίνεται, οὐκ εὐθὺς εἰς τὸ θυσιαστήριον ἄγεται καὶ θύεται· ἀλλὰ τοῦτο μὲν ὕστερον, πρότερον δὲ ἀνατίθεται, καὶ δῶρα τίμια τῷ Θεῷ καὶ γίνεται, καὶ καλεῖται. Οὕτω; ὁ Χριστὸς ἐποίησεν. Ὅτι γὰρ ἄρτον καὶ οἶνον

ταῖς χερσὶ λαβὼν ἀνεδείκνυτο τῷ Θεῷ καὶ Πατρὶ, ὡς δῶρα ταῦτα προσάγων αὐτῷ, καὶ ἀνατιθεὶς ἀνεξέκλυτο. Καὶ πόθεν δῆλον; Ἐξ ὧν ἡ Ἐκκλησία ποιεῖ, καὶ δῶρα ταῦτα καλεῖ. Οὐ γὰρ ἂν ἔποιε, εἰ μὴ Χριστὸν ἔγνω τοῦτο ποιήσαντα. Ἦκουσε γὰρ αὐτοῦ καλεῦσαντος, Τοῦτο ποιεῖτε· καὶ οὐκ ἂν ἀνομοίως αὐτὸν ἐμιμήσατο.

ΚΕΦΑΛ. Γ΄.

Ὅτι τὰ δῶρα ταῦτα τῷ Θεῷ ἀνατίθεται, ὡς ἀπαρχαὶ ζωῆς ἀνθρωπίνης.

Ἄλλὰ τί τὸ σῆμα τῶν δῶρων; Καρπῶν ἀπαρχῆς οἱ παλαιοὶ προσήγον, ἢ ποιμνίων, ἢ βοουκόλιων, ἢ ἄλλων κτίσεων. Ἡμεῖς δὲ ὡς ἀπαρχὰς τῆς ἡμετέρας ζωῆς τῷ Θεῷ ἀφιερῶμεν ταῦτα τὰ δῶρα τροφῆν ἀνθρωπίνην ὄντα, δι' ἧς σωματικῆ ζωῆ B συνέστηκε· καὶ οὐ συνέστηκε μόνον διὰ τῆς τροφῆς ἢ ζωῆ, ἀλλὰ καὶ σημαίνεται δι' αὐτῆς. Συνεφέγομεν γὰρ καὶ συνεπίομεν αὐτῷ, μετὰ τὴν ἀνάστασιν περὶ τοῦ Χριστοῦ οἱ ἀπόστολοι ἔλεγον, Ἰνα δείξωσιν ὅτι ζῶντα αὐτὸν εἶδον· καὶ ὁ Κύριος· ὃν ἀνέστησε νεκρὸν, τοῦτω θοῦναί φαιεῖν ἐκέλευσεν, Ἰνα τῇ τροφῇ τὴν ζωὴν ἀποδείξῃ· ὥστε οὐδὲν ἀπεικῆ; τὸν ἀπαρχόμενον τῆς τροφῆς, δοκεῖν αὐτῆς ἀπαρχεσθαι τῆς ζωῆς. Ἄλλ' ἴσως εἴποι τις· ἂν ὅτι καὶ πάντα σχεδὸν τὰ παρὰ τῶν παλαιῶν τῷ Θεῷ προσαγόμενα τρέφειν δύναται τὸν ἄνθρωπον· καρποὶ γὰρ ἦσαν ἐφ' οἷς οἱ γεωργοὶ πονοῦσι, καὶ ζῶα τῶν ἐδωδόμενων. Τί οὖν; Πάντα ἐκεῖνα τῆς ἀνθρωπίνης ζωῆς ἦσαν ἀπαρχαὶ; Οὐδαμῶς· οὐδὲν γὰρ ἐκεῖνων ἰδίως ἀνθρωπίνῃ τροφῇ· κοινῇ γὰρ καὶ τῶν ἄλλων ζῶων· τὰ μὲν πτηνῶν καὶ ποσάγων, τὰ δὲ σαρκοφάγων. Ἀνθρώπινον γὰρ ἐκεῖνο λέγομεν, τὸ μόνον διαφέρει ἀνθρώπων· τὸ δὲ κατασκευῆς ἄρτου δετηθῆναι ὥστε φαγεῖν, καὶ μηχανήσασθαι οἶνον ὥστε πίνειν, ἀνθρώπου μόνον ὄνιον. Καὶ τὸ μὲν εἶδος τῆς ζωοφορίας ταύτης τοιοῦτον.

ΚΕΦΑΛ. Δ΄.

Διὰ τί εἰκὸς ἦν ἀπαρχὰς ἀνθρωπίνης ζωῆς εἶναι ταῦτα τὰ δῶρα.

Τί δὲ τὸ αἴτιον, καὶ τίς ὁ λόγος καθ' ὃν ἐχρῆν ἡμᾶς ἀπαρχὰς ζωῆς τῷ Θεῷ τὰ δῶρα ταῦτα προσάγειν; Ὅτι ζωὴν ἡμῖν ὁ Θεὸς ἀντιδίδωσι τούτων τῶν δῶρων· καὶ ἦν εἰκὸς τῇ ἀντιδώσει τὴν δόσιν μὴ παντελῶς ἀπάδειν, ἀλλ' ἔχειν τι συγγενές· καὶ ζωῆς οὐσης ἐκείνης, ζωὴν καὶ αὐτὴν εἶναι τρόπον τινά, καὶ μάλισθ' ὅτι ὁ αὐτός ἐστι, καὶ τῆς δόσεως νομοθέτης, καὶ τῆς ἀντιδόσεως χορηγός, ὁ δὲ καὶ κῆρυξ κρῖνων, καὶ πάντα ζυγῶν τιθεὶς καὶ σταθμῶν. Αὐτὸς ἐκέλευσεν ἄρτον καὶ οἶνον προσάγειν, αὐτὸς ἀντιδίδωσι τοῦτιον ἄρτον ζῶντα, καὶ ποτήριον ζωῆς αἰωνίου. Ὅθεν καθάπερ τοῖς ἀποστόλοις· ἀλείψαν ἀντιδῶκεν ἀλείψας, τῆς τῶν ἰχθύων τὴν τῶν ἀνθρώπων, καὶ τῷ ἐπερωτήσαντι πλουσίῳ περὶ τῆς βασιλείας, ἀντὶ πλοῦτου γηῖνον τὸν οὐ ἄν.ον ἐπηγγελάτο πλοῦτον· οὕτως ἀνάπαλιν ἔταυθα, οἷς ζωὴν αἰώνιον ἐμελλε δῶσειν (λέγω δὲ τὸ ζωοποιῶν αὐτοῦ σώμα καὶ τὸ αἷμα), τούτους· προεισφέρειν ἐκέ-

A Ita fecit Christus. Quando enim panem et vinum manibus acceptum ostendit Deo et Patri, tanquam dona ea Deo offerens et dedicans, ostendit. Et undenam hoc constabit? Ex eo quod Ecclesia hoc facit, et ea dona vocat. Non enim id faceret, nisi Christum hoc fecisse sciret. Audivit enim ipsum jubentem: Hoc facite; et non dissimiliter eum esse imitata.

CAP. III.

Quod hæc dona Deo offeruntur tanquam vitæ humanæ primitiæ.

Sed quænam est figura donorum? Fructuum primitiis offerebant antiqui, vel pecorum, vel armentorum, vel aliarum possessionum. Nos autem, tanquam vitæ nostræ primitiis, hæc dona Deo consecramus, ut quæ sunt humanum nutrimentum, per quod corporea vita constat: et non constat solum per nutrimentum vita, sed etiam per ipsum significatur. Una enim cum eo comedimus et bibimus, post resurrectionem dicebant de Christo apostoli, ut ostenderent, quod viventem ipsum viderent, et Christus, quem excitavit, mortuo jussit dari quod comederet, ut nutrimento vitam ostenderet. Quamobrem est satis probabile enim qui nutrimento vesci incipit, videri ipsam vitam inchoare. Sed dixerit fortasse quispiam, quod etiam omnia fere quæ ab antiquis Deo offeruntur, poterant hominem alere: erant enim fructus, pro quibus agricolæ terram colunt, et animalia esculenta. Quid ergo? illane omnia erant vitæ humanæ primitiæ? Nequaquam; nihil enim illorum est proprie nutrimentum humanum; commune est enim aliorum animalium; hæc quidem volucrum et eorum quæ herba vescuntur: illa vero ferarum, quæ carnem devorant. Humanum enim illud dicimus, quod ad solum hominem pertinet: confectione autem panis opus habere ut comedat, et vinum conficere, ut bibat, est solius hominis proprium. Et hæc quidem est forma donorum oblationis.

CAP. IV.

Cur consentaneum ut vitæ humanæ primitiæ essent hæc dona.

Quæ est autem causa, et quæ ratio, quamobrem oporteat nos primitiis vitæ Deo hæc dona offerre? Quo! Deus vitam nobis pro his muneribus remuneratur: et par erat munus a remuneratione non omnino discrepare, sed aliquid cognatum habere, et illius existentis vitæ ipsum quoque esse quodammodo vitam, et maxime, quoniam ipse est et doni largitor, et remunerationis suppeditator, qui juste iudicat, et omnia lance ei statere ponderat. Ipse jussit panem et vinum offerre. Ipse pro eis retribuit panem viventem, et calicem vitæ æternæ. Unde quemadmodum apostolis pro piscatione piscationem reddidit, pro piscatione piscium, piscationem hominum, et diviti, qui de regno interrogaverat, pro terrenis divitiis cælestes divitias pollicitus est: at contra hic, quibus vitam æternam erat daturus (dico autem vivificum suum corpus et sanguinem) vis

offerre jussit ea quæ brevis et momentaneæ vitæ causæ sunt, ut pro vita, vitam reciperemus, pro temporali, æternam: et gratia, gloriæ sit retributio, et nostri misericordia, habeat etiam aliquid justitiæ, et implicatur illud eloquium: «Ponam misericordiam meam in statera.» Et hoc non solum in hoc sacramento, sed etiam in baptismo, et vitam vitam commutamus, et illam quidem prodigimus, hanc vero pro illa accipimus. Sed vitæ quidem profusio, mors est in quadam imagine et pictura, resurrectio autem est vera vita. Quia enim Servator, qui et mortuus erat et resurrexerat, novam suam vitam nobis quoque voluit impartiri jussit nos etiam ex hoc magno dono ipsi aliquid offerre. Et quid hoc est? Imitari ejus mortem. Et quomodo? Cum corpus in aqua, tanquam in sepulcro, absconderimus, et hoc ter ostenderit, tanquam jam mortis et sepulcri nos socios acceperit, nova sua vita dignatur. Et hæc quidem ita habent.

CAP. V.

Cur non totus panis offertur, sed pars quæ scissa est?

Porro autem illud etiam notandum est, quamnam ob causam non panes simpliciter, sed quem ipse sacerdos ex eis abscindit, hoc et donum facit, et Deo offert, et ad altare allatum consecrat. Et hoc est proprium oblationis. Alia enim dona ii qui possidebant, ea ab his quæ erant ejusdem generis separabant, et in templum afferbant, et in manibus sacerdotum ponebant: sacerdotes autem suscipiebant et offerebant, vel sacrificabant, vel quidquid aliud fieri oportebat, ex iis quæ oblata erant.

Corpus autem Domini ab eo ipso sacerdote, et ab his quæ erant ejusdem generis, separatim, et ablatum, et assumptum, et Deo dedicatum, et postremo sacrificatum est. Ipse enim seipsum a nostra massa separans, separavit Dei Filius. Ipse autem donum Deo dedit, ponens id in sinu Patris, utpote ab illo sinu ipse nunquam separatus, sed illi etiam hoc acquirens et apponens, ut simul ac formatum esset, Deo quoque esset datum: postremo autem ipse quoque in crucem egit et sacrificavit; propterea panem mutandum in ipsum corpus, ipse sacerdos et ab iis quæ sunt ejusdem generis et naturæ abscindit et Deo offert, ponens in sacra tabula, et postea ad altare allatum sacrificat.

CAP. VI.

Cur in pane effingit sacerdos passionem Christi.

Abscissus ergo panis, donec in propositione situs est, panis purus et simplex, qui nihil aliud accepit, nisi quod Deo est dedicatus, et donum effectus, quando etiam significat Christum in illa arate ex qua donum factus est. Factus est autem ab ipsa nativitate, quemadmodum prius dictum est, quod etiam propter nativitatem donum erat se-

λευσεν επικήρου ζωής ἀφορμᾶς· ἵνα ζωῆς ἀντιλάβωμεν ζωὴν, τῆς προσκαίρου τὴν αἰώνιαν, καὶ ἡ χάρις ἀμοιβῆ δόξης, καὶ ὁ ἀμέτρητος ἔλεος ἔχη τι καὶ δικαιοσύνης, καὶ τὸ λόγιον ἐκεῖνο πληρωθῆ, «Θῆσω τὴν ἐλεημοσύνην μου εἰς σταθμούς.» Καὶ οὐκ ἐπὶ τοῦ μυστηρίου τούτου μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τοῦ βαπτίσματος τοῦτο γίνεται· καὶ ζωὴν ἀλλαττόμεθα ζωῆς, καὶ τὴν μὲν προδίδομεν, τὴν δὲ ἀντ' ἐκείνης λαμβάνομεν. Ἀλλ' ἡ μὲν προδοσία τῆς ζωῆς ὁ θάνατος ἐν εἰκόνι τινὶ καὶ γραφῇ, ἡ δ' ἀναστάσις ζωὴ ἐστὶν ἀληθής. Ἐπεὶ γὰρ ἀποθανὼν ὁ Σωτὴρ καὶ ἀναστὰς, τῆς νέας αὐτοῦ ζωῆς καὶ τῆς ἐν ἡθέλησε μεταδοῦναι, ἐκέλευσε τι τοῦ μεγάλου τοῦτου δῶρου καὶ ἡμᾶς προσισφῆρειν αὐτῷ. Καὶ τί τούτο; Τὸ μιμεῖσθαι τὴν αὐτοῦ θάνατον. Καὶ ἐν τῷ τρόπῳ; Ἐν ὕδατι τὸ σῶμα κρύψαντας, καθάπερ ἐν τάφῳ, καὶ τοῦτο τρις ἐπιδειξαμένους· ὡς ἡδὴ τοῦ θανάτου καὶ τῆς ταφῆς λογῶν κοιτωνοῦς τῆς καινῆς αὐτοῦ ζωῆς· ἀξιοί. Καὶ ταῦτα μὲν οὕτω.

ΚΕΦΑΛ. Ε'.

Διὰ τί δὲ μὴ δόκλιμος ἀνατίθεται ἄρτος, ἀλλὰ τμήμα;

Κάκεινο δὲ ἐπισημῆσθαι χρῆ, τί δὴ πτε μὴ τοῦς προσενεχθέντας ἄρτους ἀπλῶς, ἀλλ' ὅν αὐτὸς ὁ ἱερεὺς αὐτῶν ἀποτέμνει, τούτων καὶ δῶρον ποιεῖται καὶ ἀνατίθῃσι τῷ Θεῷ, καὶ εἰς τὸ θυσιαστήριον εἰσάγων ἱερουργεῖ. Καὶ τοῦτο τῆς Χριστοῦ προσαγωγῆς ἔστιν· τὰ γὰρ ἄλλα δῶρα, οἱ κακῆται μὲν τῶν ὁμογενῶν ἀφώριζον, καὶ εἰς τὸν ναὸν ἦγον, καὶ ταῖς χερσὶν ἐνετίθεσαν τῶν ἱερέων· οἱ δὲ ἱερεῖς ἰδέχοντο καὶ ἀνετίθεσαν ἡ ἔθυσον, ἡ ὅ τι ἔδει χρῆσασθαι τῶν προσενεχθέντων ἐκάστη.

Τὸ δὲ Κυριακὸν σῶμα ὑπὸ τοῦ αὐτοῦ ἱερέως καὶ ἀφώρισθη τῶν ὁμογενῶν, καὶ προσενέχθη, καὶ ἀνετίθῃσι, καὶ ἀνετίθῃσι Θεῷ, καὶ τελευταῖον ἐτύθη. Αὐτὸς μὲν γὰρ ἐξεῖλεν ἑαυτῷ τοῦ ἡμετέρου φράματος ὁ τοῦ Θεοῦ υἱὸς ἀφελῶν· αὐτὸς δὲ τῷ Θεῷ δῶρον ἔδωκεν, ἐν τοῖς κλίποις αὐτὸ θεὸς τοῦ Πατρὸς, ὡς ἂν τῶν κλίπων ἐκείνων αὐτὸς; μηδέ ποτε χωρισθεὶς, ἀλλ' ἕκαὶ καὶ τοῦτο κτίσας καὶ περιθέμενος, ὥστε ἅμα τε πλασθῆναι καὶ δεδομένον Θεῷ εἶναι. Τελευταῖον καὶ ἐπὶ τὸν σταυρὸν αὐτὸς ἦγαγε καὶ ἔθυσε. Διὰ τοῦτο τὸν μέλλοντα ἄρτος εἰς ἐκεῖνο μεταβάλλειν τὸ σῶμα, ὁ αὐτὸς ἱερεὺς καὶ ἀποκόπτει τῶν ὁμοφυῶν, καὶ ἀνατίθῃσι τῷ Θεῷ θεὸς ἐν τῷ ἱερῷ πίνακι, καὶ μετὰ ταῦτα εἰς τὸ θυσιαστήριον ἄγων θύει.

ΚΕΦΑΛ. ΣΤ'.

Διὰ τί ἐν τῷ ἄρτῳ τυποῖ ὁ ἱερεὺς τὸ τοῦ Χριστοῦ πάθος.

Ὁ μὲν οὖν ἀποτμηθεὶς ἄρτος, ἕως ἐν τῇ προθέσει καίεται, ἄρτος ἐστὶ ψιλός· τοῦτο μόνον λαβὼν τὸ ἀνατεθῆναι Θεῷ, καὶ γένεσθαι δῶρον, ὅτε σημαίνει τὸν Χριστὸν κατὰ τὴν ἡλικίαν ἐκείνην ἐξ ἧς ἐγένετο δῶρον. Ἐγένετο δὲ ἐξ αὐτῆς γεννήσεως καθάπερ εἴρηται, ὅτι καὶ κατὰ τὴν γέννησιν δῶρον ἦν, κατὰ τὸν νόμον, ἐπεὶ πρωτότοκος ἦν. Ὅτι δὲ

Ὁ δὲ ἱερεὺς τοὺς μεταλαβόντας τῶν μυστηρίων, ὑπὲρ τῆς μεταλήψεως, εὐχαριστῆσαι κελεύει τῷ μεταδόντι Θεῷ· καὶ τοῦτο οὐ παρέργως, οὐδὲ βραβύμως, ἀλλὰ μετὰ σπουδῆς. Τοῦτο γὰρ βούλεται τὸ, « Ὅρθοι, » οὐκ ἀνακειμένους οὐδὲ καθημένους, ἀλλὰ καὶ ψυχὴν καὶ σῶμα πρὸς αὐτὸν ἀτενίζοντα. Εἶτα δὴ καὶ τὰλλα τὰ εἰωθότα τοῦ Θεοῦ δεηθῆναι παραίνεσας, ἐξεῖσι τοῦ θυσιαστηρίου, καὶ στάς πρὸ τῶν θυρῶν, ἀναγινώσκει τὴν ὑπὲρ πάντων εὐχὴν. Ἐνταῦθα δὲ ἐκεῖνο ἐπισημῆνασθαι χρῆ, πῶς μετὰ τὴν λειτουργίαν, καὶ τὴν ἐπὶ ταύτῃ δοξολογίαν, ὡς δὴ τῶν εἰς τὸ Θεῖον ἀφιλομένων τελεσθέντων ἀπάντων, ὡσπερ ἀπολύων ἑαυτὸν τῆς μετὰ τοῦ Θεοῦ συνουσίας, καὶ τοῦ ὕψους ἐκείνου, εἰς τῶν ἀνθρώπων ὀμίλιαν φαίνεται κατὰ μικρὸν καταβαίνων· καὶ τοῦτο ἱεροπρεπῶς. Καὶ γὰρ εὐχόμενος τοῦτο ποιεῖ· καὶ ὁ τρόπος τῆς εὐχῆς καὶ ὁ τόπος· δείκνυσιν αὐτὸν καταβαίνοντα. Πρῶτερον μὲν γὰρ ἔνδον τοῦ θυσιαστηρίου, καὶ ἐφ' ἑαυτοῦ, μηδενὸς ἀκούοντος, καὶ πρὸς τὸν Θεὸν ἀποτεινόμενος, εὐχεταί· νῦν δὲ τοῦ θυσιαστηρίου ἐξεληθὼν, καὶ τοῦ πλήθους μέσος γενόμενος, πάντων ἀκούοντων, τὴν ὑπὲρ τῆς Ἐκκλησίας, καὶ πάντων τῶν πιστῶν κοινὴν ποιεῖται δέησιν. Εἶτα καὶ τὸν προσαναχθέντα ἄρτον, ἐξ οὗ τὴν ἱερὴν ἀπίτεμεν ἄρτον, εἰς πολλὰ διελὼν, μεταδίδωσι τοῖς πιστοῖς, ὡς ἄγειον γενόμενον αὐτῷ τῷ ἀνατεθῆναι Θεῷ καὶ ἱερωθῆναι· οἱ δὲ σὺν εὐλαδείᾳ πάσῃ δέχονται, καὶ καταφιλοῦσι τὴν δεξιάν, ὡς ἂν προσφάτως ἀψαμένην τοῦ παναγίου σώματος τοῦ Χριστοῦ Σωτῆρος, καὶ τὸν ἐκείθεν ἀγίτιστον, καὶ δεξιάμενον, καὶ μεταδόναι τοῖς ψαύουσι πιστευομένην. Ἐν τούτῳ δὲ καὶ τὴν αἷτιον καὶ χορηγὸν αὐτοῖς τῶν ἀγαθῶν τούτων δοξολογοῦσι· καὶ ἡ δοξολογία τῆς Γραφῆς, « Εἴη τὸ ὄνομα Κυρίου εὐλογημένον, » καὶ τὰ ἐξῆς· καὶ τοῦτο πολλάκις βοήσαντες, ψαλμὸν ἐπειτα ἀναγινώσκουσι, δοξολογίας καὶ εὐχαριστίας μεσῶν. Τίς δὲ ὁ ψαλμὸς; « Εὐλογῆσω τὸν Κύριον ἐν παντὶ καρδίᾳ. » Τοῦ δὲ ἄρτου δοθέντος, καὶ τοῦ ψαλμοῦ τελεσθέντος, εὐχεταί ὁ ἱερεὺς τῷ πλήθει τὴν τελευταίαν εὐχὴν, οὐ μόνον ἐξω τοῦ θυσιαστηρίου καὶ πάντων ἀκούοντων, ἀλλὰ καὶ πρὸς αὐτὸ τὸ πλήθος ἀποτεινόμενος· τὰ ῥήματα τῆς εὐχῆς, μείζονα νῦν ἢ πρότερον ἐνδεικνύμενος τὴν πρὸς τοὺς πολλοὺς κοινωνίαν. Τίς δὲ ἡ εὐχὴ; « Ἴνα ἐλεηθῆντες; σωθῶμεν, ὡς οὐδὲν ἔχοντες οἰκοῦν εἰσεσκαεῖν σωτηρίας ἄς ον, ἀλλὰ πρὸς μόνην ἀφορῶντες τὴν τοῦ σώσασθαι δυναμένου φιλανθρωπίαν. Διὰ τοῦτο γὰρ καὶ πολλῶν ἐνταῦθα μέμνηται πρέσβειον, τῶν εἰς τοῦτο βοηθητόντων ἡμῖν· καὶ πρὸ πάντων, τῆς παναγίας τοῦ Θεοῦ Μητρός, δι' ἧς καὶ τὴν ἀρχὴν ἐλεήθημεν. Τὸ δὲ προῖμιον τῆς εὐχῆς, Χριστὸς ἀληθινὸς Θεὸς ἡμῶν· οὐ τῶν νόθων εἰς καὶ τῶν ψευδωνύμων, οὓς πολλοὺς ποτε ἐσέβομεν, ἀλλ' ὁ ὕστερον μάλιστ' εὐρόμεθα, « Ὁ ἀληθινὸς Θεὸς ἡμῶν. » Διὰ τοῦτο καὶ μόνον αὐτῷ πρέπει ὡς Θεῷ πάντα δέξασθαι, τιμὴ καὶ προσκύνησις, σὺν τῷ ἀνθρώπῳ αὐτοῦ Πατρὶ,

ΠΑΤΡΟΣ. GR. CL.

De communis propter sacramentorum communionem gratiarum actione, et ultima oratione.

Sacerdos autem eos qui sunt sacramentorum participes, pro participatione jubet agere gratias Deo qui impertit, idque non otiose, neque obiter et recorderiter, sed attente et diligenter. Hoc enim sibi vult illud, « recti: » non jacentes, nec sedentes, sed animam et corpus ad ipsum intendentes. Deinde cum alia quoque quæ consueverunt, Deum orare suasit, egreditur ab altari, et stans ante fores, legit quæ fit pro omnibus orationem. Hic autem illud notandum est, quomodo post sacrificium, et quæ fit propter ipsum glorificationem, tanquam omnibus quæ Deo debebantur peractis, cum Deo conversationem, et illam altitudinem veluti relinquens, ad hominum allocationem videtur paulatim descendere, idque sancte, et ut decet sacerdotem. Etenim orans hoc facit, et modus orationis et locus ostendit eum descendere. Prius enim ad altare, et apud se, et nullo audiente, et ad Deum intentus, orat; nunc autem, ab altari egredius, et in medio populi exsistens, omnibus audientibus, pro Ecclesia et omnibus fidelibus communem facit orationem. Deinde etiam oblatum panem, ex quo sacrum panem abscidit, in multa divisum tradit fidelibus, ut qui sanctus sit, eo quod Deo fuerit dedicatus et oblatus: illi autem cum omni reverentia suscipiant, et dexteram deosculantur, ut quæ sanctissimum Servatoris corpus recentiter tetigerit, et quæ ex eo procedit sanctificationem et suscipere, et iis qui attingunt, impertiri credatur. Interea autem eum quoque qui illis horum bonorum auctor est et suppetitor, glorificant; et glorificatio Scripture, « Sit nomen Domini benedictum, » et quæ sequuntur. Et cum hoc sæpe clamaverint, psalmum postea legunt, plenum glorificatione et gratiarum actione. Quis est autem psalmus? « Benedicam Dominum in omni tempore. » Hanc autem distribuit, et psalmo peracto, precatur sacerdos populo ultimam precationem, non solum ab altari disjunctus et omnibus audientibus, sed etiam ad ipsam multitudinem dirigens verba orationis, majorem nunc quam ante ostendens cum multis consuetudinem. Quæ est autem oratio? Ut misericordiam assecuti servemur, ut qui nihil proprium afferre possimus quod sit dignum salute, sed ad solam respicientes ejus qui servare potest benignitatem et clementiam. Propterea enim hic etiam multorum meminit intercessorum, qui ad hoc nobis latari sunt auxilium, et ante omnes, sanctissimæ Dei Matris, per quam et ab initio misericordiam sumus consecuti, Proœmium autem orationis, Christus verus Deus noster: non ex adulterinis et iis qui falso nomine appellantur, quos multos aliquando colimus, sed quem postea vix invenimus, « Verus Deus noster; » propterea etiam illi convenit tanquam Deo, omnis gloria, soli ho-

nor et adoratio , qui est cum Patre ejus principio A καὶ τῷ παναγῶ καὶ ἀγαθῷ καὶ ζωοποιῷ αὐτοῦ
 carente , et sanctissimo et bono et vivifico ejus Πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰῶ-
 Spiritu , nunc et semper , et in sæcula sæculo- νων. Ἀμήν.
 rum. Amen.

ΝΙΚΟΛΑΟΥ
 ΤΟΥ ΚΑΒΑΣΙΛΑ
 ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΕΝ ΧΡΙΣΤΩ ΖΩΗΣ
 ΛΟΓΟΙ ΕΠΤΑ.

NICOLAI CABASILÆ
 DE VITA IN CHRISTO
 LIBRI SEPTEM

*Ex Jacobi Pontani Societatis Jesu Præfatione ad Lectorem, in Philippi Solitarii
 Dioptram (a).*

Exstabat etiam in Bibliotheca Bavarica Nicolai Cabasilæ Περὶ τῆς ἐν Χριστῷ ζωῆς, *De vita in Christo*, opusculum sane doctum ac pium, et ad animos Dei amore inflammandos mire appositum, quod *Dioptra* adjungere propter rerum convenientiam placuit, speramusque pari fructu evolutum iri. Volebamus inscriptionem ita reddere, *De vita Christiana*. Sed cum ille non tam vitam Christianam præceptis formet, quam quemadmodum illa cum Christo in Deo abscondita sit, ostendat, idque trium sacramentorum vi et virtute potissimum, Baptismi, Unctionis sive Confirmationis, et Eucharistiæ, verius fuit simpliciter, *De vita in Christo*, inscribere, secundum verba Græca scilicet. Fuit Cabasilas vir illustris, cujus honorifica mentio in historia Joannis Cantacuzeni nostra, lib. III, cap. 75 et 99, ubi Sacelli curator sive Præfectus nominatur, qui a Curopalata libro *De officialibus palatii Constantinopolitani et officiis Magnæ Ecclesiæ* sic describitur: (ὁ σακελλίου, subaudi ἑρχων) κρατῶν τὰς καθολικὰς Ἐκκλησίας, καὶ τὸ σακέλλιον, *cujus est potestas in Ecclesiis Catholicas, et res sacellorum*, id est, rerum ad sacras ædes et sacella pertinentes. Ejusdem oratio in sœneratores in eodem codice Bavarico sequebatur, multo emendatior profecto et longior, quam Augustæ superioribus annis est edita. Quam si legerint isti qui sœnerando homines occidunt (sic enim Cato Censorius, Interrogatus quid esset sœnerari, Quod hominem, inquit, occidere), quid amplius nefariæ improbitati suæ prætexant, non habebunt. Occurrit enim, et confutat illorum rationes universas.

(a) Vide tom. CXXVII.

INDEX LIBRORUM.

- Ἀόγος Α'. Ὅτι διὰ τῶν θείων συνίσταται μυστη-
 ρίων τοῦ βαπτισματος, τοῦ μύρου καὶ τῆς
 ἱερᾶς κοινωνίας.
 Ἀόγος Β'. Τίνα συντέλειαν τὸ θεῖον αὐτῇ παρέ-
 χεται· βάπτισμα.
 Ἀόγος Γ'. Τίνα συντέλειαν αὐτῇ παρέχεται τὸ
 θεῖον μύρον.
 Ἀόγος Δ'. Τίνα συντέλειαν αὐτῇ δίδωσιν ἡ ἱερὰ
 κοινωνία.
 Ἀόγος Ε'. Τίνα συντέλειαν αὐτῇ παρέχεται ἡ
 καθίερωσις τοῦ ἱεροῦ θυσιαστηρίου.
 Ἀόγος ΣΤ'. Πῶς αὐτὴν ἀπὸ τῶν μυστηρίων λυθόν-
 τες φυλάξομεν.
 Ἀόγος Ζ'. Ὅποιος γίνεται ὁ μεμνημένος τὴν ἀπὸ
 τῶν μυστηρίων χάριν φυλάξας τῇ παρ' ἐνυ-
 τοῦ σπουδῇ.
- A Liber I. Vitam in Christo per divina Baptismi, sacrae
 Unctionis et Communionis mysteria constitui.
 Liber II. Quem ei utilitatis fructum divinum Ba-
 ptisma conciliet.
 Liber III. Quam ei utilitatem sacrum unguentum,
 sive Chrisma conferat.
 Liber IV. Quam ei commoditatem pariat sacrosancta
 Communio.
 Liber V. Ad sacrarum divinorumque mysteriorum
 absolutionem altare etiam necessarium esse.
 Liber VI. Quo pacto eam a mysteriis, Sacramentisve
 acceptam conservare oporteat.
 Liber VII. Qualis fit initiatus qui mysteriorum gra-
 tiam studiose custodivit.

ΝΙΚΟΛΑΟΥ ΤΟΥ ΚΑΒΑΣΙΛΑ

ΠΕΡΙ

ΤΗΣ ΕΝ ΧΡΙΣΤΩ ΖΩΗΣ

ΛΟΓΟΣ ΠΡΩΤΟΣ.

Ὅτι διὰ τῶν θείων συνίσταται μυστηρίων τοῦ βαπτισματος, τοῦ μύρου καὶ
 τῆς ἱερᾶς κοινωνίας.

NICOLAI CABASILÆ

DE VITA IN CHRISTO

LIBER PRIMUS.

*Vitam in Christo per divina Baptismi, sacrae Unctionis et Communionis
 mysteria constitui.*

Ἡ ἐν Χριστῷ ζωὴ φύεται ἐν τῷδε τῷ βίῳ καὶ τὰς ἀρχὰς ἐντεῦθεν λαμβάνει, τελειοῦται δὲ ἐπὶ τοῦ μέλλοντος, ἐπειδὴν εἰς ἐκείνην ἀφικώμεθα τὴν ἡμέραν· καὶ οὕτως ὁ βίος οὕτως τελειῶς δύναται ταύτην ἐνθεῖναι ταῖς τῶν ἀνθρώπων ψυχαῖς, οὕτως ὁ μέλλων μὴ τὰς ἀρχὰς ἐντεῦθεν λαβῶν. Ἐπὶ μὲν γὰρ τοῦ παρόντος τὸ σαρκίον ἐπισκοπεῖται, καὶ ἡ ἐκείθεν νεφέλη καὶ φθορὰ, μὴ δυναμένη τὴν ἀφθαρσίαν κληρονομεῖν· ὁ δὲ Παῦλος τὸ ἀναλύσαι πρὸς τὸ συνεῖναι Χριστῷ καὶ μάλα ἐνόμισε φέρειν· Ἐναλύσαι γὰρ, φησι, καὶ σὺν Χριστῷ εἶναι, πολλῶν μᾶλλον κρείσσον· ὁ δὲ μέλλων, οὗς ἂν μὴ τὰς δυνάμεις καὶ τὰς αἰσθήσεις, ὧν ἂν δεῖ πρὸς τὸν βίον ἐκείνον, ἔχοντας λάβοι, τούτοις οὐδὲν ἔσται πλέον εἰς εὐδαιμονίαν,

Vita, quam in Christo traducimus, in hoc saeculo enascitur illa quidem, et hic inchoatur; verum in futuro perficitur absolviturque, cum nimirum ad illum extremum diem pervenerimus. Ac neque praesens hoc aevum, istuc de quo loquimur vitæ genus integre cumulateque in animos hominum introducere et inserere potest; nec futurum, nisi hinc principium duxerit. Nam nunc quidem caro tenebras offundit; et quæ inde nebula corruptioque existit, incorruptionem non possidebit. Unde Paulus hisce vinculis exsolvi, et esse cum Christo vehementer sibi conducere arbitratur: « Desiderium habens, inquit, dissolvi, et esse cum Christo, multo magis melius ». Ventura autem vita quos a

• Philipp. 1, 23.

facultatibus et sensibus ad ipsam necessariis desertos acceperit, iis beatitudinem nullam afferet : sed in felici illo immortalique mundo ipsi mortui et infelices habitabunt. Nam lumen quidem exoritur, et sol puros emittit radios, oculus autem tum non formatur. Et odoris fragrantia large copioseque effusa implet omnia ; at nares, sive olfactum qui non habuerit, non eum hinc accipiet. Ita mysteriis cum Filio Dei amicos illo die communicare licebit, et quæ audiverit a Patre suo, ea ab eodem cognoscere, sed ipsos amicos ejus etiam cum auribus eo advenire necesse est. Nec enim illic primum amicitiam dabitur conjungere, et aures tandem aperire, vestemque nuptialem conficere, et alia demum comparare, quæ sponsus ille requirit : verum istorum omnium officina est quod hic ætatis degimus. Quibus porro isthæc non suppeditaverint, antequam decedant, iis nihil cum vita illa commune erit. Testes sunt quinque virgines fatuæ, et vocatus ad nuptias ; qui quoniam instructi non venerunt, nec illæ oleum amplius, nec iste vestem acquirere potuerunt ¹.

Omnino interiorem hominem, novum, et qui secundum Deum creatus est ², mundus iste parturit, qui hic fictus formatusque et ita perfectus in illum perfectum et nullo senio fatiscentem mundum generatur. Quemadmodum enim fœtum, quandiu materno clausus utero, in tenebris et in nocte vivit, natura ad spiritum in hac luce duendum adornat, atque ad vitam quæ illum exceptura est, tanquam ad canonem, seu regulam quamdam conformat : ita sanctis quoque usu venit. Et hoc est, quod ait Paulus Apostolus ad Galatas scribens : « Filioli mei, quos iterum parturio, donec formetur Christus in vobis. » Veruntamen infantes nondum nati vitam hanc non cognoscunt : at beati de futuro sæculo multa etiam in hoc sæculo prænoscent. Hæc idem sit, quod illis vita hac frui nondum contingit, tametsi certo continget. Nec enim adhuc in locis illis ubi delitent, radius lucis cõspectus est : nec eorum aliud quidquam, quibus vita hæc nostra nititur ac sustentatur. At nobiscum aliter resse habet : quibus vita quam exspectamus, cum hac quasi colligata, et commista est, et illius sol etiam nobis bcaigne illuxit, cœlestique unguentum in regionibus graveolentibus effusum, et panis angelorum hominibus quoque impertitus est ³.

Quapropter non solum instrui ac præparari ad vitam illam, sed jam secundum eamdem etiam vivere, et agere sanctis hominibus in hac mortalitate conceditur. « Apprehende vitam æternam, » inquit Paulus Epistola ad Timotheum ⁴. Et alibi : « Vivo autem jam non ego, vivit vero in me Christus. » Et divinus Ignatius : « Aqua viva saliens in me, intus mihi dicit, Veni ad patrem. » Et alia complura, quibus refertæ sunt sacre Litteræ. Super

A ἀλλὰ νεκροὶ καὶ ἅγιαι τὸν μακάριον ἐκείνον καὶ ἀθάνατον οἰκίσσουσι κόσμον. Ὁ δὲ λόγος, ὅτι τὸ μὲν φῶς ἀνατέλλει, καὶ ὁ ἥλιος καθαρὰν τὴν ἀκείνα παρέχει, ὀφθαλμὸν δὲ οὐκ ἐνι τηρικαῦτα πλασθῆναι· καὶ ἡ μὲν τοῦ πνεύματος εὐωδία δαψιλῶς ἐκχεῖται καὶ τὰ πάντα κατέχει, δσφροσιν δὲ οὐκ ἂν τις λάθοι μὴ ἔχων. Καὶ τῶν μὲν μυστηρίων ἔξεστι κοινωνῆσαι τῷ Υἱῷ τοῦ Θεοῦ τοὺς φίλους κατὰ τὴν ἡμέραν ἐκείνην, καὶ ἃ ἤκουσε παρὰ τοῦ Πατρὸς ἐκείνος, παρ' ἐκείνου μαθεῖν αὐτούς· ἀνάγκη δὲ φίλους ὄντας αὐτοῦ καὶ ὡτα ἔχοντας ἀφικέσθαι. Οὐ γὰρ ἔστιν ἐνταῦθα φιλιαν συστήναι καὶ οὐδ' ἀνοιγῆναι καὶ ἰμάτιον νυμφικὸν κατασκευασθῆναι καὶ τὰλλα ἐτοιμασθῆναι, ὧν ἐκεῖνῳ δεῖ τῷ νυμφῶνι, ἀλλὰ τούτων ἀπάτων ἐργαστήριον οὗτος ὁ βίος· καὶ οἷς οὐκ ἐγένετο ταῦτα πρὶν ἀπελθεῖν, κοινὸν οὐδὲν εἰς ἐκείνην ἐστὶ τὴν ζωὴν. Καὶ μάρτυρες αἱ πέντε παρθέναι καὶ ὁ εἰς τὴν γάμον κληθεὶς, ἐπεὶ μὴ ἔχοντες ἤλθον, μὴ κτήσασθαι δυνήθεντες μήτε ἔλαιον μήτε ἰμάτιον.

C Ὁλιῶ, δὲ τὸν ἐντὸς ἀνθρώπων τὸν καινὸν, τὸν κατὰ Θεὸν κτιζόμενον, ὁ κόσμος οὗτος ὠδίνει, καὶ πλασθεῖ· ἐνταῦθα καὶ μορφωθεὶς οὕτω τέλειος εἰς τὴν τέλειον ἐκείνον καὶ ἀγῆνω τίκτεται κόσμον. Καθάπερ γὰρ τὸ ἐμβρυον, ἕως ἔστιν ἐν τῷ σκοτεινῷ καὶ νηκτῷ βίῳ, πρὸς τὴν ἐν φωτὶ ζωὴν ἢ φύσιν παρασκευάζει, καὶ πλάττεται καθάπερ εἰς κανὼνα τὸν ὑποβεβήμενον βίον, τὸν Ἰσον τρόπον καὶ τοῖς ἀγίοις συμβαίνει· καὶ τοῦτό ἐστιν, ὅπερ ὁ ἀπόστολος ἔφη Παῦλος, Γαλάταις γράφων· « Τεχνία μου, οὐδ' ἄλλιν ὠδίνω, ἀχρις οὗ μορφωθῆ Χριστὸς ἐν ὑμῖν. » Οὐ μὴν ἀλλὰ τὰ μὲν ἐμβρυα ταυτησὶ τῆς ζωῆς οὐκ ἂν εἰς αἰσθησιν ἔλθοι ποτὲ, τοῖς δὲ μακαριοῖς πολλὰ τῶν μελλόντων ἐπὶ τοῦ παρόντος ἐμφάσαις· τὸ δὲ αἰτιον, ὅτι τοῖς μὲν οὐ πάρεστιν οὗτος ὁ βίος, ἀλλ' ἀκριβῶς ἐστὶ μέλλον. Οὐ γὰρ ἐγένετο ἀκτεῖς ἐν τοῖς χυρίοις ἐκείνοις, οὐδὲ τῶν ἄλλων οὐδὲν, ἃ τὴν ζωὴν ὕψιστοι ταύτην. Ἐφ' ἡμῶν δὲ οὐκέτι, ἀλλ' ἡ μέλλον ἐκείνος τῷ παρόντι τούτῳ καθάπερ ἐνεχέθη καὶ ἀνεμίγη, καὶ ὁ ἥλιος ἐκείνος καὶ ἡμῖν ἀνέτειλε φιλανθρώπως, καὶ τὸ ὑπερουράνιον μύρον ἐν τοῖς δυσώδεσι χωρίοις ἐξεκένωθη, καὶ ὁ τῶν ἀγγέλων ἄρτος καὶ τοῖς ἀνθρώποις ἐδόθη.

Διὰ ταῦτα τοῖνον οὐ διατεθῆναι μόνον καὶ παρασκευασθῆναι πρὸς τὴν ζωὴν, ἀλλ' ἡδὴ καὶ ζῆν κατ' ἐκείνην καὶ ἐνεργεῖν ἔξεστι τοῖς ἀγίοις ἐν τῷ παρόντι. « Ἐπιλαβοῦ γάρ, φησὶ, τῆς αἰωνίου ζωῆς, » Θιμοθέφ γράφων ὁ Παῦλος, καὶ· « Ζῶ δὲ οὐκέτι ἐγώ, ζῆ δὲ ἐν ἐμοὶ Χριστός. » καὶ ὁ θεὸς· Ἰγνάτιος, « Ἐστὶν ὕδωρ ζῶν καὶ λαλοῦν ἐν ἐμοί, » καὶ πολλῶν τοιοῦτων ἡ Γραφή γέμει. Παρὰ πάντα δὲ ταῦτα, ὅταν αὐτῆς ἡ ζωὴ συνειναι μέχρι παντὸς

¹ Matth. xxii, xxv. ² Ephes. iv, 42. ³ Galat. iv, 19. ⁴ Psal. lxxvii, 25. ⁵ I Tim. vi, 12. ⁶ Galat. ii, 20. ⁷ Epist. ad Rom.

ἐπαγγέλλεται τοῖς ἁγίοις· « Ἴδοὺ γὰρ, φησὶν, ἐγὼ μεθ' ὑμῶν εἰμι πάσας τὰς ἡμέρας ἕως τῆς συντελείας τοῦ αἰῶνος· » τί προσῆκεν ἄλλο λογίζεσθαι; Οὐ γὰρ τὰ σπέρματα τῆς ζωῆς τῇ γῆ παρασχόντων καὶ τὸ πῦρ καὶ τὴν μάχαιραν βαλόντων ἀπήλθεν εὐθύς, τὸ φύσαι καὶ θρέψαι καὶ ἀνάψαι καὶ χρῆσασθαι καταλιπόντων τοὺς ἀνθρώπους, ἀλλ' αὐτοὺς πάρεστιν ἀληθῶς ἐνεργῶν ἐν ἡμῖν τὸ θέλειν καὶ τὸ ἐνεργεῖν, ὁ μακάριος ἔφη Παῦλος, καὶ τὸ πῦρ αὐτοῦ; ἀνάπτει καὶ προσάγει, καὶ τὴν μάχαιραν αὐτοῦ ἐστὶν ὁ κατέχων. Καὶ ὅλως, εὐτε ἀξίην δοξασθήσεται ἄνευ τοῦ αἵροντος αὐτήν, καὶ οἷς οὐ πάρεστιν ὁ ἀγαθός, γένοιτ' ἂν οὐδὲν ἀγαθόν. Καίτοι οὐ παρῆντι τοῖς ἁγίοις ὁ Κύριος ἐπηγγεῖλατο μόνον, ἀλλὰ καὶ μένειν παρ' αὐτοῖς καὶ, ὁ τούτου μεῖζον, μόνῃ ἐν αὐτοῖς ποιῆσαι. Καὶ τί λέγω; ὅπου γὰρ καὶ ἐνοῦσθαι λέγεται αὐτοῖς, οὕτω φιλανθρώπως ὥστε ἐν πνεῦμα μετ' αὐτῶν εἶναι· « Ὁ γὰρ κολλώμενος τῷ Κυρίῳ ἐν πνευμά ἐστι, » καὶ, « Ἴνα ᾖτε ἐν σῶμα καὶ ἐν πνεῦμα, καθὼς ἐκλήθητε, » Παύλου φωνῆ.

unus spiritus, est cum eo ¹². » Similiter Pauli vox est: « Ut sitis unum corpus, et unus spiritus, sicut vocati estis ¹³. »

Καθάπερ γὰρ ἡ φιλανθρωπία ἀρρήτος καὶ ἡ περὶ τὸ ἡμέτερον γένος ἀγάπη τοῦ Θεοῦ τὸν λόγον τὸν ἀνθρώπινον ὑπερβαίνει καὶ τῇ θεῖα ἀγαθότητι μόνῃ προσῆκεν· αὐτὴ γὰρ ἐστὶν « ἡ εἰρήνη τοῦ Θεοῦ, ἡ ὑπερέχουσα πάντα νοῦν » τὸν Ἰσον τρέπων ἀκόλουθον καὶ τὴν πρὸς τοὺς φιλουμένους ἔνωσιν ὑπὲρ πάσαν ἔνωσιν εἶναι, ἣν ἂν τις δύναίτο λογίσασθαι, καὶ πρὸς οὐδὲν παράδειγμα φέρειν. Διὰ τοῦτο καὶ πολλῶν ἐδέησε τῇ Γραφῇ παραδειγματίων, ὥστε δυνηθῆναι τὴν συνάφειαν ἐκείνην μνηῦσαι ὡς οὐκ ἀρκαῦντος ἐνός, καὶ νῦν μὲν ἐνοικοῦν καὶ οἰκίαν εἰσάγει, νῦν δὲ ἄμπελον καὶ κλημα, καὶ νῦν μὲν γάμον, νῦν δὲ μέλη καὶ κεφαλὴν, ὧν οὐδὲν ἐστὶν ἴσον ἐκείνῃ οὐ γὰρ ἐστὶν ἀπὸ τούτων τῆς ἀληθείας ἀκριβῶς ἐπιφέσθαι. Μάλιστα μὲν γὰρ ἀνάγκη, τῇ φιλίᾳ καὶ τὴν συνάφειαν ἀκόλουθον εἶναι, τί δ' ἂν γένοιτο τῆς θείας ἀγάπης ἴσων; Ἐπειθ' ὅτι καὶ τὰ μάλιστα συνάφειαν καὶ ἐνότητα δεῖκνύουσι δοκοῦντα ὁ γάμος; ἐστὶ καὶ ἡ τῶν μελῶν πρὸς τὴν κεφαλὴν ἄρμονα, ταῦτα δὲ παμπλήθεις εἶσω πίπτει, καὶ πολλοῦ δεῖ τὰ θῆτα δηλωθῆναι. Καὶ γὰρ ὁ μὲν γάμος οὐκ ἂν οὕτω συνάφαι, ὡς ἐν ἀλλήλοις εἶναι καὶ ζῆν τοὺς συναπτομένους, ὅπερ ἐπὶ τοῦ Χριστοῦ καὶ τῆς Ἐκκλησίας συμβαίνει ὅθεν ὁ θεὸς Ἀπόστολος εἰπὼν περὶ τοῦ γάμου, « Τὸ μυστήριον τοῦτο μέγα ἐστίν, » ἐπιφύαγε, « λέγω δὲ εἰς Χριστὸν καὶ τὴν Ἐκκλησίαν, » δεικνύς οὐ τοῦτον, ἀλλ' ἐκείνον τὸν γάμον διὰ θαύματος ἄγων. Τὰ δὲ μέλη συνῆπται μὲν τῇ κεφαλῇ, καὶ ζῆ τῷ συνῆψθαι, καὶ διαιρεθέντα ἀποθήσκει· φαίνεται δὲ καὶ ταῦτα τῷ Χριστῷ συνημμένα μᾶλλον ἢ τῇ ἑαυτῶν κεφαλῇ, καὶ τούτῳ ζῶντα μᾶλλον ἢ τῇ πρὸς αὐτὴν ἄρμονίᾳ. Καὶ τοῦτο ὅληρον ἀπὸ τῶν μακαρίων μαρτύρων, οἳ τὸ μὲν ὑπέμειναν ἡδέως, τὸ δὲ οὐδὲ ἀκοῦσαι ἐνέσχοντο, καὶ τὴν μὲν κεφαλὴν

omnia vero, cum ipsa sanctis semper affutura promittitur: « Ecce, inquit, ego vobiscum sum omnibus diebus, usque ad consummationem sæculi ⁹; » quid aliud, nisi hoc ipsum nos cogitare et colligere convenit? Haud enim cum semina vitæ per terras sparsisset, ignemque et gladium misisset, statim accessit, hominibusque seminum ad frugem perducendorum et conservandorum, ignis accendendi, gladio utendi curam reliquit: sed ipsemet præsens adest, « operans in nobis velle et perficere, » ut Paulus ait ¹⁰. Et ignem ipsemet accendit et admovent; et gladium ipse tenet. Ad summam, « nec securis gloriabitur absque eo qui secat in ea ¹¹; » et quos deserit, qui solus est bonus, iis nihil boni evenire queat. Cæterum sanctis se non adfuturum tantummodo, sed etiam apud ipsos mansurum, et quod insignius est, mansionem apud eos facturum Dominus promisit ¹². Quid multa? etiam illis ita amanter copulari et uniri scribitur, ut unus cum ipsis spiritus efficiatur: « Qui enim adhæret Deo, » Ut sitis unum corpus, et unus spiritus, sicut vo-

Sicut autem benignitas Dei inexplicabilis est, et charitas ejus erga genus humanum omnem dicendi facultatem superat, soli divinæ bonitati congruens (ipsa siquidem est « pax Dei, quæ exsuperat omnem sensum ¹³ »): ita consequitur, ut ejus unio cum iis quos diligit, quamlibet unionem quam quis cogitatione percipere potest, multis partibus vincat, nec aliqua comparatione pro dignitate declaretur. Quamobrem Scriptura pluribus exemplis opus habuit, quibus conjunctionem illam arctissimam exprimeret, quod unum minime satis esset. Et modo quidem habitatorem et domum inducit; modo vitem et palmitem: modo nuptias; modo membra et caput ¹⁴, quorum nullum plene respondet; nec enim per ullam horum veritatem exacte licet attingere. Amori et charitati parem esse et conjunctionem maxime oportet. Divinæ autem charitati quid tandem æquari potest? Deinde quæ copulationem et unionem inprimis significare videntur, nuptiæ sunt, et membrorum capitisque apta coagmentatio. Atque ista quam plurimum distant, multumque abest ut rem ante oculos ponant. Etenim conjugium nunquam adeo conjuges conjugabit, ut alter in altero sit et vivat, id quod in Christo et Ecclesia cernitur. Unde sanctus Apostolus, cum dixisset de matrimonio, « Sacramentum hoc magnum est, » adjecit continuo, « Ego autem dico in Christo, et in Ecclesia ¹⁵, » ostendens, non illas sese nuptias, verum hæc potius admirari. Membra autem connexa quidem sunt capiti, et per eam connexionem atque copulam vivunt, qua dirupta moriuntur. At vero ista membra Christo magis, quam suo capiti conjuncta videntur, magisque hæc, quam illa cum capite commissura et compage vi-

⁹ Matth. xxviii, 20. ¹⁰ Philipp. ii, 13. ¹¹ Isa. x, 15. ¹² Joan. xiv, 23. ¹³ I Cor. vi, 17. ¹⁴ Ephes. ii, 4. ¹⁵ Philipp. iv, 7. ¹⁶ Joan. xiv, 15; Matth. xxii; Coloss. i. ¹⁷ Ephes. v, 32.

vere; quod beati martyres demonstrant, qui illud iacunde pertulerunt, hoc ne audire quidem voluerunt. Nam caput quidem ipsosque artus cum voluptate posuerunt; a Christo autem ne voce quidem tenuis sejungi divellique potuerunt.

Nondum dixi, quod imprimis inusitatum et singulare est. Quid enim alteri magis conjungatur, quam ipsum sibimetipsi? Et tamen hæc ipsa conjunctio sive unio conjunctione illa inferior et imperfectior est. Beatorum quippe spirituum unusquisque unus et idem sibi ipsi est: Salvatori nihilominus magis quam sibimet copulatur: plus enim illum quam sese amat. Quod dicimus, Paulus confirmat¹⁸, optans anathema esse a Christo propter salutem Judæorum, quo illius gloria angeatur. Quod si humanus amor tantus est, divinus quantum sit æstimari non potest. Si enim qui mali sunt tantam bonitatem exhibuerunt, quid de illa bonitate memorabimus? Cum porro amor tam sit excellens et eximius, necesse est etiam conglutinationem, ad quam amantes adigit, humanum ingenium sic deprimere, ut se nec ad similitudinem quidem seu collationem inveniendam queat extollere. Sed rem ad hunc modum consideremus.

Cum multa sint, quibus per vitam egemus, aere inquam, lumine, alimento, vestibus, ipsis nature facultatibus, et membris, fit tamen, ut nullius usum ex omnibus semper et ad omnia desideremus, sed nunc istud, nunc aliud adhibeamus, alias alio ad presentem necessitatem inserviente vilescit. Vestem quippe induimus, quæ alimoniam non præbet; sed cibum appetentibus aliud quærendum est. Lumen ad animam ducendam non facit. Aer vicissim lumine vobis non radiat. Sensuum et membrorum officio non usque et usque fungimur; sed cum oculus, tum manus interdum otiosa est, cum auscultare quippiam oportet. Contingere seu tractare aliquid cupientibus manus sufficit, vel odorari, vel audire, vel intueri volentibus nihil commodat; sed ea missa ad aliam facultatem respicimus. At Salvator in ipso viventibus sic semper et omnimodus adest, ut quibuscunque eorum necessitatibus consulat, et ipsis sit omnia, nec alio prorsus se vertere, nec aliunde quærere quidquam sinat. Non enim egent aliquo sancti, quod ipse non sit. Generat nimirum ipsos, et educat, et alit, et lumen ipsis est, et habitus, et fingit ipsis oculum semetipso et illuminat semetipso, et se cernendum præbet. Et cum sit altor, simul est qui panem vitæ dat; ipse, inquam, est qui dat: et vita est viventibus, et unguentum spirantibus, et vestimentum operiri cupientibus. Nempe is est, per quem ambulare possumus, et ipsa via, et insuper terminus viæ, adeoque diversorium. Membra nos sumus, ipse caput. Certandum est? Una certat. Præclare certamus? Præses et arbiter certaminis est. Vincimus? Mox corona est. Sic undecunque mentem nostram ad seipsum advertit, nec ad aliud patitur

¹⁸ Rom. ix, 3

Α ἀπίθοντο καὶ τὰ μέλη σὺν ἡδονῇ, τοῦ Χριστοῦ δι-
οὐδὲ μέχρι φωνῆς ἐδυνήθησαν ἀποστήναι.

Καὶ οὕτω λέγω τὸ καινότερον. Τί γὰρ ἂν ἄλλω συνάπτοιτο μᾶλλον ἢ αὐτὸ ἑαυτῷ; ἀλλὰ καὶ αὕτη ἡ ἐνόησις τῆς συναφείας ἐκείνης ἔλαττον ἔχει. Τῶν γὰρ πνευμάτων τῶν μακαρίων ἕκαστον ἐστὶ μὲν ἐν καὶ ταῦτὸ ἑαυτῷ, συνήπται δὲ τῷ Σωτῆρι μᾶλλον ἢ ἑαυτῷ φιλεῖ γὰρ τὸν Σωτῆρα μᾶλλον ἢ ἑαυτὸ, καὶ μαρτυρῆσει τῷ λόγῳ Παύλου εὐχόμενος ἀνάθει· εἶναι ἀπὸ Χριστοῦ ὑπὲρ τῆς σοφίας τῶν Ἰουδαίων, ἵν' ἐκεῖνῳ προσθήκη γένηται δόξης. Εἰ δὲ τὸ τῶν ἀνθρώπων φιλτρον τοσοῦτον, τὸ θεῖον οὐδ' ἐστὶ λογισασθαι. Εἰ γὰρ οἱ πονηροὶ τοσαύτην ἐπεδειξάντο τὴν ἐγνωμοσύνην, τί χρὴ περὶ τῆς ἀγαθότητος ἐκείνης εἰπεῖν; Οὕτω δὲ ὑπερφυοῦς ὄντος τοῦ ἔρωτος, ἀνάγκη καὶ τὴν συναφείαν, πρὸς ἣν συνήλασε τοὺς ἐρώντας, τὴν διάνοιαν τῆν ἀνθρώπειαν κἀνω τιθέσθαι, ὥστε μὴδὲ πρὸς παράδειγμα ἀνανεχθῆναι δυνατὴν εἶναι. Σκοπῶμεν δὲ καὶ τόνδε τὸν τρόπον.

Πολλῶν ὄντων, οἷς συνεῖναι κατὰ τὸν βίον ἀνάγκη, ἀέρος, φωτὸς, τροφῆς, ἱματίων, αὐτῶν τῶν ἐν τῇ φύσει δυνάμεων καὶ μελῶν, οὐδενὶ τῶν πάντων ἕκαστοτε καὶ πρὸς ἅπαντα κεχρησθαι καὶ συνεῖναι συμβαίνει, ἀλλὰ νῦν μὲν τούτῳ, νῦν δ' ἐκεῖνῳ, πρὸς τὴν αἰὲ παρούσιν χρείαν ἄλλοτε ἄλλου βοηθοῦντος. Τὸ γὰρ ἱμάτιον ἐνδύμεθα μὲν, τροφὴ δὲ οὐκ ἂν εἴη, ἀλλὰ τραπέζης δεηθεῖσιν ἄλλο τι ζητεῖν ἀνάγκη. Καὶ τὸ μὲν φῶς οὐ δίδωσιν ἀναπνεῦσαι, ὁ δὲ ἀήρ οὐκ ἂν γένοιτο ἡμῖν ἀντὶ τῆς ἀκτίως, καὶ τῶν αἰσθήσεων δὲ ταῖς ἐνεργείαις καὶ τῶν μελῶν οὐκ αἰὲ πάρεσμεν οὐδὲ χρώμεθα, ἀλλὰ καὶ ὁ ὀφθαλμὸς ἐνόησι καὶ χεῖρ ἀργός ἐστιν, ἀκοῦσαι δεῆσαν, καὶ ἔψασθαι μὲν βουλομένοις ἡ χεῖρ ἀρκεσεῖ, ὄσφραν θῆναι δὲ ἡ ἀκοῦσαι ἢ ἰδεῖν οὐκ ἂν εἴη, ἀλλὰ ταύτην ἀφέντες εἰς ἄλλην ὑρῶμεν δύναμιν. Ὁ δὲ Σωτῆρ τοῖς ἐν αὐτῷ ζῶσιν οὕτως· αἰὲ κατὰ πάντα σύνεστι τρόπον, ὥστε πᾶσαν χρείαν παρέχει καὶ πάντα αὐτοῖς; ἐστὶ, καὶ οὐκ ἔῃ πρὸς; ἄλλο τι τῶν πάντων ἰδεῖν οὐδὲ ζητεῖν ἐπέρωθεν οὐδέν. Οὐ γὰρ ἐστὶν οὐ δεηθεῖσιν, ὅπερ οὐκ αὐτὸς ἐστὶ τοῖς ἀγίοις καὶ γενναῖ γὰρ καὶ αἰεῖ καὶ τρέφει καὶ φῶς ἐστὶ καὶ πνοή, καὶ πλάττει μὲν αὐτοῖς ὀφθαλμὸν ἑαυτῷ, φωτίζει δὲ ἑαυτῷ πάλιν, παρέχει δὲ ἔρῃν ἑαυτόν. Καὶ τροφεὺς ὢν καὶ τροφὴ ἐστὶ, καὶ αὐτὸς μὲν ἐστὶν ὁ παρέχων τὸν ἔρπον τῆς ζωῆς, αὐτὸς δὲ ἐστὶν ὁ παρέχει καὶ ζωὴ μὲν ἐστὶ ζωῖν, ἀναπνεύσει δὲ μύρον, ἱμάτιον δὲ ἐνδύσασθαι βουλομένοις. Καὶ μὴν αὐτὸς μὲν ἐστὶ, ᾧ δυνάμεθα βαδίξαι, αὐτὸς δὲ ἐστὶν ἡ ὁδὸς, καὶ πρὸς γε ἐστὶ τὸ κατάλυμα τῆς ὁδοῦ καὶ τὸ πέρας. Μίλη ἐσμέν, ἐκεῖνος κεφαλὴ· ἀγωνίζεσθαι ἕως συναγωνίζεται, εὐδοκίμοισιν ἀγνωστέτης ἐστί· νικῶμεν, στέφανος ἐκεῖνος; εὐθύς. Οὕτω πανταχόθεν πρὸς ἑαυτὸν ἐπιστρέφει, καὶ οὐκ ἔῃ προσηεῖν

τὸν νοῦν οὐδενὶ τῶν ἄλλων οὐδὲ λαβεῖν ἱρωτά τῶν ἄ
 ἄλλων οὐδενός. Ἐάν γὰρ εἶδε κινήσωμεν τὴν ἐπιθυ-
 μίαν, αὐτὸς ἴσθησι καὶ ἀναπαύει, κἂν ἐκείσε, πάλιν
 αὐτὸς, κἂν ἐξέρωσσε, καὶ ταύτην κατέχει τὴν ὁδὸν
 καὶ παριόντας χειροῦται. Ἐάν ἀναβῶ εἰς τὸν
 οὐρανὸν, εὐ ἐκεῖ εἶ, φησὶν ἰδὼν καταβῶ εἰς τὸν
 ἔδην, πάρει ἰδὼν ἀναλάβω τὰς πτέρυγας μου κατ'
 ἔρθρον καὶ κατασκηνώσω εἰς τὰ ἔσχατα τῆς θαλάσ-
 σης, καὶ γὰρ ἐκεῖ ἡ χεὶρ σου ὀδηγήσαι με καὶ
 καθέξει με ἡ δεξιὰ σου ὁ ἀνάγκη τιμὴ θαυμαστῆ καὶ
 φιλανθρώπων τυραννίδε πρὸς ἑαυτὸν μόνον ἔλκων
 καὶ ἑαυτῷ μόνῳ συνάπτων. Καὶ ταύτην εἶναι οἴ-
 μαι τὴν ἀνάγκην, ἣ συνήλασε πρὸς τὴν οἰκίαν καὶ
 τὴν εὐχλίαν οὐς ἐκάλει, τῷ δούλῳ λέγων, Ἐνάγ-
 κασον εἰσελθεῖν, ὅπως γεμισθῆ ὁ οἶκος μου. »

Ἐλεν. Ὅτι μὲν οὖν ἡ ἐν τῷ Χριστῷ ζωὴ ἕκαστον
 τοῦ μέλλοντος μόνον, ἀλλ' ἦδη καὶ ἐπὶ τοῦ παρόν-
 τος πάρεστι τοῖς ἀγίοις καὶ ζῶσι κατ' ἐκείνην καὶ
 ἐνεργοῦσι, φανερὸν ἐκ τῶν εἰρημίων. Ὅθεν εἰ
 ἔστιν οὕτω ζῆσαι καὶ, ὁ φησὶ Παῦλος, ἐν καινότη-
 τητι ζωῆς περιπατῆσαι, λέγω δὴ τί ποιοῦσιν ὁ
 Χριστὸς οὕτω συνάπτεται καὶ προσφύεται, καὶ οὐκ
 οἶδ' ὅ τι καὶ χρὴ καλεῖν, ἐξῆς ἂν εἴη ρητέον.

Ἔστι τοῦτον τὸ μὲν θεόθεν, τὸ δὲ τῆς ἡμετέ-
 ρας σπουδῆς, καὶ τὸ μὲν ἐκείνου καθαρῶς ἔργον,
 τὸ δὲ καὶ ἡμῖν ἔχει φιλοτιμίαν μᾶλλον δὲ τοσοῦ-
 τον παρ' ἡμῶν εἰσφέρεται μόνον, ὅσον ὑπομείναι
 τὴν χάριν καὶ μὴ περιδοῦναι τὸν θησαυρὸν, μηδὲ
 σέβειν τὴν λαμπράδα ἡμιμένην ἦδη. Λέγω δὴ μηδὲν
 ἐπειταγαγόντας ἐναντιον τῆ ζωῆ καὶ ἂ τὸν θάνατον
 τίεται πρὸς τοῦτο γὰρ πᾶν ἀνθρώπων ἀγαθὸν καὶ
 κατὰ ἀρετὴν φέρεται, μὴ καθ' ἑαυτοῦ τίνα τὸ εἶδος
 ὠθήσει, μηδὲ φυγεῖν τὴν εὐδαιμονίαν καὶ τῆς κεφα-
 λῆς ἀποσελίσσασθαι τοὺς στεφάνους, ὡς τὴν γε οὐσίαν
 αὐτὴν τῆς ζωῆς αὐτὸς παρὼν ὁ Χριστὸς ἀρρήτων
 τίνα τρόπον φυτεύει ταῖς ἡμετέραις ψυχαῖς. Πάρε-
 στί γὰρ ἀληθῶς καὶ βοηθεῖ ταῖς ἀρχαῖς τῆς ζωῆς,
 αἷς αὐτὸς ἐπιδημήσας παρέσχε πάρεστι δὲ οὐκ
 ὥσπερ τὸ πρῶτον διαίτης καὶ συλλόγων καὶ διατρι-
 βῶν ἡμῖν καὶ κοινῶν, ἀλλ' ἔτερον ἐκείνων καὶ τε-
 λαυτέρον τρόπον, καθ' ὃν σύσπασμι αὐτῷ γινόμεθα
 καὶ σύζωοι καὶ μέλη, καὶ εἰ τι πρὸς τοῦτο φέρεται.
 Καθάπερ γὰρ ἡ φιλανθρωπία ἀγαθός, ὅθεν προ-
 ἤχθη τοὺς αἰσχιστοὺς οὕτω φιλήσας οὕτω μεγίστων
 ἀξιώσας χαρίτων, καὶ ἡ συνάφεια, καθ' ἣν σύνεστι
 τοῖς φιλομένοις, πᾶσαν εἰκόνα καὶ πᾶσαν ἔκτυπον
 ἀντιλαμβάνει, οὕτω καὶ ὁ τρόπος, καθ' ὃν σύνεστι καὶ
 εὐποιεῖ, θαυμαστός, καὶ τῷ θαυμαστά ποιοῦντι μόνῳ
 προσήκων. Τὸν γὰρ θάνατον, ὃν ἀληθῶς ὑπὲρ τῆς
 ἡμετέρας ζωῆς ἀπέθανε, συμβόλοις τίσι καθάπερ
 ἐν γραφῇ μιμουμένους πράγμασιν αὐτοῖς ἀνακαινί-
 ζει καὶ ἀναπλάττει τὰ τῆς ἑαυτοῦ κοινῶνους ποιεί-
 ται ζωῆς.

Ἐπὶ γὰρ τῶν μυστηρίων τῶν ἱερῶν τὸν τάφον αὐ-
 τοῦ γράφοντες καὶ τὸν θάνατον αὐτοῦ καταγγέλλον-
 τες, δι' αὐτῶν γεννώμεθα καὶ πλαττόμεθα καὶ ὑπερ-
 φῶς συναπτόμεθα τῷ Σωτῆρι ταῦτα γάρ ἐστι, δι'

A effundi nec ullius rei amore implicari. Etai enim
 hic cupiditates debellaverimus, ipse eas coerces
 ac sedat. Et seu illuc eas, seu alio, etiam aliam viam
 occupat, transeuntesque manu comprehendit : « Si
 ascendero in caelum, inquit, tu illic es; si descen-
 dero in infernum, ades. Si sumpsero penas meas
 dileculo, et habitavero in extrema maris; etenim
 illuc manus tua deducet me, et tenebit me dextera
 tua », coactu quodam admirando et suavi tyrannide
 ad se solum nos trahens, sibi que copulans et
 astringens. Atque hanc illam esse vim et necessita-
 tem opinor, qua in domum suam ad convivium
 compulit, quos convocavit, cum servo diceret
 « Compelle intrare, ut impleatur domus mea ».

B Vitam igitur in Christo non in venturo tantum
 saeculo adfuturam, sed in praesenti etiam adesse
 sanctis, et secundum illam eos vivere atque ope-
 rari, ex his quae dicta sunt perspicuum fit. Unde
 autem ita vivere liceat, et quod Paulus ait », in
 novitate vitae ambulare, quid, inquam, facientibus
 Christus ita conjungatur et adhaerescat, aut quo
 nomine res appellanda est, deinceps disteremus.

C Faciendorum itaque aliud a Deo, aliud a studio
 et diligentia nostra aptum est : et illud quidem opus
 ejus solius est, hoc nostram quoque contentionem
 desiderat, vel potius, a nobis tantum praestatur
 duntaxat, quantum gratiae ininitur, nec thesaurum
 prodit, nec lucernam jam accensam exstinguit ;
 cum scilicet nihil superinducimus, quod vitae ad-
 versetur, mortemque progignat. Huc enim bonum
 omne et omnis virtus humana collineat, ne quis
 gladium in semetipsum adigat, nec fugiat felicitate-
 tem, et coronam e capite excutiat ; quoniam es-
 sentiam ipsam vitae Christus ipsemet praesens, modo
 quodam, cui explanando verba non reperiuntur,
 animis nostris serit. Vere enim adest, et principiis
 vivendi opem fert, quae ipsemet adventu suo attu-
 lit. Adest autem, non ut primum victor, congressu,
 consuetudine nobiscum communicans : sed alla qua-
 dam ratione meliore perfectioreque, secundum
 quam concorpores, et ejusdem vitae participes, et
 membra illi evadimus, et si quid aliud eodem
 pertinet. Quemadmodum enim benignitatem, qua
 impulsus inimicos adeo dilexit, tantisque beneficiis
 cumulavit, nulla lingua consequatur : et ut proinde
 conjunctio ejus, qua amicis suis devincitur, om-
 nem quae animo informari aut nominari potest, con-
 junctionem post se reliquit ; sic item modus quo
 adest et benefacit, admiratione dignus, et facienti
 mirabilia soli conveniens est. Mortem enim, quam
 ipse pro vita nostra vere obiit, signis et notis quib-
 usdam, velut in pictura imitantes, rebus ipsis re-
 novat et instaurat, ac vitae suae consortes praestat.

In saeris namque mysteriis sepulturam ejus adum-
 brantes, et mortem annuntiantes, per ea generamur,
 et fingimur, et excellentissime cum Salvatore co-
 alescimus. Haec enim sunt, per quae in ipso, ut Pau-

12 Psal. cxxxviii, 8-10. 13 Luc. xiv, 23. 14 Rom. ix, 3.

lus ait ²², vivimus, movemur, et sumus; siquidem A
baptisma quidem esse et prorsus subsistere in
Christo largitur. Id enim mortuos perditosque
complexum, primum in vitam introducit. Sacra au-
tem unctio natum perficit et consummat, actionem
tali vitæ respondentem inserens. Divina deinde Eu-
charistia vitam hanc et sanitatem continet atque
conservat. Parta enim servare, et vitam retinere,
panis vitæ donum ac munus est. Idcirco hoc qui-
dem pane vivimus, unguento autem movemur, post-
quam a baptismo accepimus ut essemus. Et hoc
pacto vivimus vita mudo isto spectabili ad in-
spectabilem conversa, et non quidem loco, sed vita
et vivendi rationibus commutatis. Nec enim ipsi ad
Deum evecti sumus, nec ad illum ascendimus; quin
ille potius ad nos venit, et descendit, nec nos qua-
esivimus, sed quæsitum sumus, quia non ovis pastorem,
nec drachma patremfamilias quæsit, ast ipse de
cælo in terram prospexit, et invenit imaginem suam,
venitque in loca in quibus errabat ovis, (quam in
humeros sustulit, et ab errando cohibuit: non inde
homines transferendo, sed in terris manentes et cœ-
lestes reddidit, et vitam iis cælestem impertivit. Non
in cælum nos subduxit, sed cælum ad nos inclina-
vit et deduxit, sicut Propheta ait: «Inclinavit cælos,
et descendit ²³.») Prolunde per hæc sancta mysteria
tanquam per fenestras in tenebrosum hunc mun-
dum Sol justitiæ ingreditur, vitamque huic mundo
conformem morte afficit, ac cælestem excitat, et lux
mundi mundum vincit; quod his verbis insinuat:

«Ego vici mundum ²⁴.» In immortalis et fragili corpore
stabilem æternamque vitam intulit.

κόςμου, ὅπερ αὐνίττεται λέγων, «Ἐγὼ νενίκηκα
ἐστῆσαν καὶ ἀθάνατον εἰσάγων ζωὴν.
Sicut enim in domo quæpiam, illapso soli radio
lucerna cernentium oculos ad se amplius non adver-
tit, verum claritas radii eam longe vincens domi-
natur: consimiliter in hac vita per mysteria futuræ
vitæ splendor immisus, et animas inhabitans, vi-
tam quæ in carne degitur, vincit, pulchritudinem-
que et claritatem mundi hujus obcurat. Et hæc est
vita illa in spiritu, qua omnis concupiscentia carnis,
juxta Pauli vocem, triumphatur: «Spiritu ambulate,
inquit, et desideria carnis non perficiatis ²⁵.») Hanc
viam secuit Dominus noster, cum ad nos veniret, et
hanc portam in mundum ingressus aperuit, et ad
Patrem reversus, claudere non sustinuit, sed ex eo
per hanc ad sanctos accedit; quin potius omni tem-
pore adest et nobiscum est et erit semper, pro-
missum ac receptum illud suum efficiens. Quocirca,
«Non est hoc aliud, nisi domus Dei, et hæc est porta
cæli.» dixit Jacob patriarcha ²⁶, per quam non so-
lum angeli in terras descendunt (eniliter enim ini-
tialio adsunt), sed etiam ipsemet angelorum Domi-
nus. Hanc ob causam et Salvator quando bap-
tismum suum cum in tabula præmonstrans, baptismo
Joannis ipse quoque ablui non refugit, cælum ape-

ῶν ἐν αὐτῷ ζῶμεν, ἢ φησιν Παῦλος, καὶ κινούμεθα
καὶ ἐσμέν. Ἐπεὶ τὸ μὲν βάπτισμα τὸ εἶναι δίδωσι
καὶ ὅλως ὑποστῆναι κατὰ Χριστὸν τοῦτο γὰρ νε-
κρός καὶ διεφθαρμένους παραλαβὼν εἰς τὴν ζωὴν
πρώτον εἰσάγει. Ἡ δὲ τοῦ μύρου χρίσις τελειοὶ τὴν
γεγεννημένον τῇ τοιαύτῃ ζωῇ προῶθήκουσαν ἐνέργειαν
ἐντιθεῖσα ἡ δὲ θεῖα εὐχαριστία τὴν ζωὴν ταύτην
καὶ τὴν ὑγιάν συντηρεῖ καὶ συνέχει. Τὸ γὰρ σῶσαι
τὰ κτηθέντα καὶ διατελέσαι ζῶντας, ὁ τῆς ζωῆς
διδωσὶν ἄρτος διὰ ταῦτα τοῦτω μὲν τῷ ἄρτι ζῶ-
μεν, κινούμεθα δὲ τῷ μύρῳ ἀπὸ τοῦ λουτροῦ τὸ εἶναι
λαβόντες. Καὶ τοῦτον τὸν τρόπον ἐν τῷ Θεῷ ζῶμεν.
μετατιθέμεν τὸν βίον ἀπὸ τοῦ ἐρωμένου τούτου
πρὸς τὸν μὴ βλεπόμενον κόσμον, οὐ τὸν εἰδὼν ἀμεί-
βοντες, ἀλλὰ τὸν βίον καὶ τὴν ζωὴν. Οὐ γὰρ αὐτοὶ
πρὸς τὸν Θεὸν ἐκινήθημεν οὐδὲ ἀνέβημεν, ἀλλ' αὐ-
τὸς πρὸς ἡμᾶς ἐλήλυθε καὶ κατήει. Οὐ γὰρ ἐξητή-
σαμεν, ἀλλ' ἐξητήθημεν, ὅτι οὐκ ἐξεζήτησε τὸ πρό-
βιτον τὸν ποιμένα, καὶ ἡ δραχμὴ τὸν οἰκοδεσπότην.
ἀλλ' αὐτὸς ἐκυβεν εἰς τὴν γῆν «καὶ εὔρε τὴν εἰκόνα»
καὶ ἐπὶ τῶν τόπων ἐγένετο, ἐπ' οἷς τὸ πρόβιτον
ἐπλανᾶτο, καὶ ἀνέβητο καὶ τῆς πλάνης ἐστησεν. οὐ
μεταστῆσας ἐνθένδε, ἀλλὰ μένοντας ἐπὶ τῆς γῆς
καὶ οὐρανῶν ἐποίησε καὶ τὴν ἐν οὐρανῷ ζωὴν
ἐνέβηκεν, οὐκ ἀναγαγὼν εἰς τὸν οὐρανόν, ἀλλὰ τὸν
οὐρανὸν εἰς ἡμᾶς κλίνας καὶ καταγαγὼν. «Καὶ γὰρ,
ὁ φησὶν ὁ Προφήτης, ἔκλινεν οὐρανοὺς καὶ κατέβη.»
Καὶ τοιοῦτον διὰ τῶν μυστηρίων τούτων τῶν ἐπι-
στῶν διὰ θυρίδων εἰς τὸν σκοτεινὸν τοῦτον κόσμον
ὁ ἦλιος εἰσέρχεται τῆς δικαιοσύνης, καὶ θανατοῖ μὲν
τὴν σύστασιν τῷ κόσμῳ τοῦτω ζωὴν, ἀνίσταται δὲ
τὴν ὑπερκόσμιον, καὶ νικᾷ τὸν κόσμον τὸ φῶς τοῦ
τὸν κόσμον, ἐν θνητῷ καὶ βέοντι σώματι τὴν

Καθὰπερ γὰρ ἐν οἰκίᾳ τῆς ἀκτίνας εἰσελθούσης
ὁ λύχνος οὐκέτι τὰς σφείας τῶν ἐρωόντων εἰς ἐκείν
ἐπιστρέφει, ἀλλ' ἡ τῆς ακτίνας λαμπρότης ὑπερ-
κίωσα κατέχει τὸν ἴσον τρόπον καὶ ἐν τῷδε τῷ βίῳ
διὰ τῶν μυστηρίων ἡ τῆς μελλούσης ζωῆς λαμπρό-
της εἰσερχομένη καὶ ταῖς ψυχαῖς ἐνοικοῦσα νικᾷ τὴν
ἐν σαρκὶ ζωὴν καὶ τὸ κἄλλος τοῦ κόσμου τούτου, καὶ
τὴν λαμπρότητα ἀποκρύπτει, καὶ αὕτη ἐστὶν ἡ ἐν
πνεύματι ζωὴ, ἣς ἐπιθυμία πᾶσα σαρκὸς ἠτεῖσα,
κατὰ τὸν Παύλου λόγον «Πνεύματι περιπατεῖτε
καὶ ἐπιθυμίαν σαρκὸς οὐ μὴ τελέσητε.» Ταύτην
τὴν ἔδδον ὁ Κύριος ἔτεμεν εἰς ἡμᾶς ἐρχόμενος, καὶ
ταύτην ἀνέβηκε τὴν πύλην, εἰσελθὼν εἰς τὸν κόσμον,
καὶ εἰς τὸν Πατέρα ἀνελθὼν οὐκ ἠνέχτετο κλείσθαι,
ἀλλ' ἐξ ἐκεῖνου διὰ ταύτης ἐπιδημεῖ τοῖς ἀνθρώποις·
μᾶλλον δὲ πάρεστιν αὐτὸ καὶ μεθ' ἡμῶν ἐστὶ καὶ
ἐστὶ μέγρι παντὸς τῆς ἐπαγγελίας σώζων ἐκείνας
οὐκὼν οὐκ ἐστὶ τοῦτος ἄλλο ἢ οἶκος Θεοῦ, καὶ αὕτη ἡ
πύλη τοῦ οὐρανοῦ, ὁ πατριάρχης ἂν εἶπε, δι' ἣς οὐ
μόνον ἀγγέλῳ καταβαίνουσιν εἰς τὴν γῆν (καὶ γὰρ
πάρειν ἐκαστῶ τῶν τελομένων), ἀλλὰ καὶ αὐτὸς
ὁ τῶν ἀγγέλων Δεσπότης. Διὰ τοῦτο καὶ ἡνίκα τὸ
βάπτισμα τὸ αὐτοῦ καθάπερ ἐν γραφῇ προχαράτι-

²² Act. xvii, 28.

²³ Psal. xviii, 10 sec. LXX.

²⁴ Joan. xvi, 33.

²⁵ Galat. v, 16.

²⁶ Gen. xxviii, 12.

των, τὸ βάπτισμα Ἰωάννου καὶ αὐτὸς ὁ Σωτὴρ ἠνέ-
σχετο βαπτισθῆναι, τὸν οὐρανὸν ἀνέφραξε, δεικνύς ὅτι
τοῦτό ἐστι, δι' οὗ τὸν οὐρανὸν ὀφόμεθα χωρὸν καὶ
μὴν καὶ δι' ὧν ἀπεφάνητο μὴ δύνασθαι εἰσελθεῖν εἰς
τὴν ζωὴν τὸν μὴ βαπτισθέντα, τοῦτο τὸ λουτρὸν
εἰσόδῳ τινι αὐτὸ ἀντίτεταται καὶ πύλην. « Ἀνοίξετέ
μοι πύλας δικαιοσύνης, » φησὶν ὁ Δαβὶδ, ταύτας,
οἰμαι, τὰς πύλας ἀνοίγηται ἐπιθυμῶν. Τοῦτο γὰρ
ἐστίν, ὃ πολλοὶ προφητῶν καὶ βασιλεῖς ἐπεθύμησαν
ἰδεῖν, ἀφικόμενον εἰς τὴν γῆν τὸν τεχνίτην τῶν θυ-
ρῶν τούτων διὰ τοῦτο καὶ εἰ γίνονται, φησὶν, αὐτῶ
τυχεῖν τῆς εἰσόδου καὶ διὰ τούτων ἔλθειν τῶν πυ-
λῶν, χάριτας ὁμολογήσειεν τῷ Θεῷ τῷ διελθόντι τὸ
τείχος. « Εἰσελθὼν γὰρ, φησὶν, ἐν αὐταῖς ἐξομολο-
γήσομαι τῷ Κυρίῳ, » ὡς ἀπὸ τούτων μάλιστα τῶν
πυλῶν εἰς τελευτάτην ἂν γῶσιν δυνήθεις ἀφικέσθαι
τῆς τοῦ Θεοῦ περὶ τὸ γένος ἀγαθότητος καὶ φιλαν-
θρωπίας.

Τί γὰρ ἂν γίνοντο μείζον χρηστότητος καὶ φι-
λανθρωπίας σημεῖον, ἢ λούοντα μὲν ὕδατι ὕπου
τὴν ψυχὴν ἀπαλλάττειν, χρίοντα δὲ μύρῳ βασιλεύειν
τὴν ἐν οὐρανοῖς βασιλείαν, ἐστὶν δὲ τὸ σῶμα τὸ ἐνυ-
τοῦ καὶ τὸ αἷμα παρατιθέντα; Τὸ γε μὴν ἀνθρώ-
πους Θεοῦ καὶ υἱοῦ γενέσθαι Θεοῦ, καὶ τὴν φύσιν
τὴν ἡμετέραν Θεοῦ τιμῇ τιμηθῆναι, καὶ τὸν χόρον
εἰς τοῦτο ὄξης ἀνεχθῆναι, ὡς ὁμοίτητον καὶ ὁμό-
θειον ἤδη τῇ θεῷ φύσει γενέσθαι, τίνα γίνονται ἂν
ἐν; τίνα δ' ἂν καινότητος ὑπερβολὴν καταλίποι;
Τούτοι γὰρ ἐστὶν ἡ ἀρετὴ τοῦ Θεοῦ, ἧτις ἐκάλυψεν
ὕψανους οἰμαι, πάσαν (ὑπερέβη) κτίσιν καὶ πᾶν
ἔργον ἀπέκρυψε τοῦ Θεοῦ τῷ μεγέθει καὶ τῷ κάλλει
νικήσαν. Τῶν γὰρ θεῶν ἔργων ἀπάντων οὕτω μὲν
πολλῶν ὄντων, οὕτω δὲ καλῶν καὶ μεγάλων, οὐκ
ἔστιν οὐδὲν, ὃ μὴ τῆς σοφίας τοῦ δημιουργοῦ καὶ
τῆς τέχνης ἑλαττον ἔχει, καὶ δύναται ἂν τῶν ὑπερ-
γμένων καὶ καλλίω καὶ μείζω παράγειν ὁμοειδῶς
οὐδ' ὅσον εἰπεῖν ἐξεῖναι. Εἰ δ' ἔνεστιν ἔργον Θεοῦ
γενέσθαι καλὸν, οὕτω; ἀγαθόν, ὥστε πρὸς τὴν σο-
φίαν ἐκείνην καὶ τὴν δύναμιν καὶ τὴν τέχνην ἀμι-
ληθῆναι, καὶ ὡς ἔπος εἰπεῖν, πρὸς τὴν ἀπειρίαν
ἐξισοθῆναι, καὶ καθάπερ ἔχου; τὸ μέγεθος ἔπαν τῆς
(ὁ. 12.) ἀγαθότητος ὁποδεῖξαι, τοῦτο οἰμαι εἶναι νι-
κήσαι. Εἰ γὰρ τοῦτό ἐστιν ἀεὶ τῷ Θεῷ τὸ ἔργον,
ἀγαθοῦ μεταδίδου, καὶ ὑπὲρ τούτου πάντα ποιεῖ,
καὶ τοῦτο τὸ τέλος τῶν τὰ θεῷ γεγονότων καὶ ἄ γέ-
νο; τ' ἂν τὴν ἔπειτα χρόνον (χρῆσθαι φησι τὸ ἀγαθόν
καὶ ὀφείσαι) ὃ ποιῶν τοῦ πάντων ὁ Θεὸς μεγίστου
μετέδωκεν ἀγαθοῦ καὶ οὐ μείζον οὐκ ἔχει δοῦναι,
τούτο ἂν εἴη τὸ μέγιστον καὶ κάλλιστον τῆς ἀγαθό-
τητος ἔργον καὶ ὁ τελευταῖος τῆς χρηστότητος ὁρος.
Τοιοῦτον δὲ τὸ τῆς οἰκονομίας ἔργον, ἢ περὶ τῶν
ἀνθρώπων οἰκονομηθῆ. Ἐνταῦθα γὰρ οὐ μετέδωκεν
ἀπλῶς ὅπου οὐδ' ἀγαθοῦ τῆ φύσει τῶν ἀνθρώπων ὁ
Θεὸς πρὸ ἑαυτῶ τὰ πλείω τηρήσας, ἀλλ' αὐτὸ πᾶν
τὸ πλεῖρωμα τῆς θεότητος, ὅλον αὐτὸν τὸν φυσικὸν
ἐνέθηκε πλοῦτον. Διὰ τοῦτο καὶ ὁ καιστότην τοῦ
Θεοῦ ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ διαφερῶντως ἀποκαλύπτεισθαι

Aruit, docens, hoc esse per quod caelestes illas re-
giones visuri simus. Quin etiam, quibus verbis
affirmavit, non posse qui sacro fonte ablutus non
sit, in vitam ingredi, iis ipsis lavacrum istuc in-
troitum et portam quamdam illius esse indicavit.
«Aperite mihi portas justitiæ 17,» exclamat David,
has, ut arbitror, portas aperiri desiderans. Hoc
enim est, quod multi reges et prophetae videre cu-
pierunt, delapsam scilicet in terras portarum ista-
rum artificem. Propterea item si ingressu isto po-
tatur, perque portas hasce introeat, gratias se Deo
acturum profiteatur, qui murum divisit: «Ingressus
enim in eas, inquit, confitebor Domino 18,» ut qui
ab hisce portis maxime ad perfectissimam divinae
bonitatis benignitatisque erga genus humanum co-
guitationem aspirare poterit.

Quod enim clementiae et benignitatis indicium
excellentius, quam lavantem aqua, a sordibus animae
purgari? unctum unguento regnare in regno coe-
lesti? convivio excipi ab eo, qui suum ipse corpus
et sanguinem apposuit? homines deos, et filios Dei
fieri? naturamque nostram divinis honoribus coli,
ac pulverem in tantum gloriae fastigium extolli, ut
jam divinae naturae, et honoris, et deitatis consors
sit? Cuiusmodi aliquid tale eveniat? quam, quaeso,
novitatis, et inusitatae rei magnitudinem praeter-
missi? Haec enim est virtus Dei, quae operuit caelos,
opinor, creaturam universam supergressa est, et
omne opus Dei praecelluit, majestate scilicet et
praestantia exsuperans. Omnium namque divinatorum
operum, tam multorum, honorum, magnorumque
nullum est, quod non infra sapientiam et artem
fabricatoris omnium videatur, potestque, si vult,
elitibus meliora et majora edere, quantum profecto
dicere nequimus. Quod si adeo bonum et eximium
Dei opus fieri potest, ut cum illius sapientia, po-
testate, et arte contendat, et, ut verbo dicam, ejus
infinitati exaequetur, et veluti vestigium totam ejus
majestatem amplitudinemque ostendat, hoc arbitror
esse vicisse. Nam si hoc Dei opus semper est,
bonum communicare, et ejus rei causa agit omnia,
et hic est finis atque scopus tum eorum quae hac-
tenus ab eo facta sunt, tum eorum quae in poste-
rum fieri ab eo possunt (bonum enim diffundi ac
propagari ait Dionysius 19), quod faciens Deus univer-
sorum, communicavit bonum omnium maximum, et
quo nobilior dare nequit, id fuerit supremum illud, et
pulcherrimum bonitatis opus, et extremum bonitatis
ejus. Hujusmodi porro aëconomiae opus est, quam
pro salute humana suscepit et administravit. Hic
enim non simpliciter quaecunq; bonum naturae
humanae communicavit, sibi potioribus reservatis;
sed ipsam totam plenitudinem divinitatis, omnes
divitias suas naturales in eam conegessit. Idcirco et
justitiam Dei in Evangelio praeclare revelari Paulus

17 Psal. xvii, 19. 18 ibid. 19 De divin. nom. c. 4.

scribit: «Justitia enim Dei in eo revelatur²⁰, » inquit. Si qua enim est justitia et virtus Dei, ea erit, omnibus affluentes bona sua impertiri, ipsaque communio beatitudinis. Hanc ob causam mysteria sacratissima portæ justitiæ merito nominentur, quoniam Dei erga genus nostrum suprema benignitas et bonitas, quæ est divina virtus et justitia, hunc nobis introitum in cælum patefecit.

Imo vero etiam alio modo, judicio quodam, et justitia hoc tropæum constituit Dominus, et hanc portam et hanc viam nobis est largitus. Non enim captivos rapuit, sed liberationis pretium persolvit, et sortem alligavit, quod esset potentior, et justa sententia eo condemnato, regnavit in domo Jacob, in animabus hominum tyrannidem evertens; non quia evertero potui, sed quia eam everti justum erat. Atque hoc David indicans, ait: «Justitia et judicium, præparatio sedis tuæ²¹.» Non solum autem justitia has portas aperuit, sed etiam justitia ipsa per eas ad genus nostrum venit. Prioribus enim temporibus, priusquam Deus ad homines delaberetur, justitia in orbe terrarum nusquam inveniebatur. Ipse enim Deus de cælo aspiciens quæsit, quem latere non potuisset, si ulla exstitisset, et tamen non invenit: «Omnes enim, inquit, declinaverunt, et inutiles facti sunt: non est qui faciat bonum; non est usque ad unum²².» At postquam veritas de terra in tenebris atque umbra mendacii sedentibus exorta est, tunc etiam justitia de cælo prospexit, et tum primum vere perfecteque hominibus apparuit, et justificati sumus; primum quidem a vinculis, et a ratione reddenda liberati, eo qui nihil sceleris admiserat per mortem crucis pro nobis respondente; qua pœnas luit eorum, quæ nos nefarie ausi fueramus: deinde per mortem illam et amici Dei, et justiveasimus. Non enim tantummodo nos liberavit, et cum Patre in gratiam reduxit mortuus Salvator, sed insuper «dedit nobis potestatem filios Dei fieri²³.» Copulans quidem sibi naturam nostram, per carnem nobis comparatus est: nostrum autem unumquemque carni suæ copulans, virtute mysteriorum videlicet; hoc modo justitiam suam et vitam in animabus nostris exoriri facit. Ita veram justitiam per sacra mysteria et cognoscere

Etsi enim multi justii, et amici Dei in Scriptura memorentur, antequam adveniret, qui justificaret et reconciliaret, tamen illud in primis cogitantium est, quod primum ad sæculum ipsorum, post ad futurum attinebat, eos potuisse, et paratos fuisse ad justitiam, veluti ad sublaturum aliquod signum accedere, persolutoque pretio, quibus tenebantur vinculis levare, oblatumque lumen aspectare, et demonstrata jam veritate, a figuris et umbris recedere. Et hoc justii ab improbis differant, cum essent alioqui propemodum iisdem

Α Παῦλος εἶπε· εἰ γὰρ ἐστὶ τις ἀρετὴ Θεοῦ καὶ δικαιοσύνη, τοῦτο ἂν εἴη τὸ πᾶσιν ἀφθόνως τῶν ἀγαθῶν τῶν ἑαυτοῦ μεταδοῦναι καὶ ἡ τῆς μακαριότητος κοινωνία. Τοῦτου χάριν τὰ ἱερῶτατα μυστήρια πύλας ἂν εἰκότως καλοῦντο δικαιοσύνης, ὅτι ἡ τοῦ Θεοῦ περὶ τὸ γένος ἐσχάτη φιλανθρωπία καὶ ἀγαθότης, ἥτις ἐστὶν ἡ θεία ἀρετὴ καὶ δικαιοσύνη, ταύτας ἡμῖν εἰς τὸν οὐρανὸν ἐποίησε τὰς εἰσόδους.

Καὶ μὴν καὶ ἕτερον τρόπον κρίσει τινὶ καὶ δικαιοσύνη τοῦτο τὸ τρόπιον ἐστῆσεν ὁ Κύριος, καὶ ταύτην ἡμῖν ἔβωκεν τὴν πύλην καὶ τὴν ὁδόν. Οὐ γὰρ ἤρπασε τοὺς αἰχμάλωτους, ἀλλὰ λύτρον ἔδωκε καὶ ἔδωκε τὸν ἰσχυρὸν, οὐ τῷ μείζω δύνάμιν ἔχειν, ψήφῳ δὲ δικαίᾳ κατακρίθéntα, καὶ ἔδρασε ἐπὶ τὸν οἶκον Ἰακώβ, ἐν ταῖς ψυχαῖς τῶν ἀνθρώπων τὴν τυραννίδα λύσας, οὐχ ὅτι ἐδύνατο λύσει, ἀλλ' ὅτι λυθῆναι δίκαιον ἦν. Καὶ τοῦτο ἐμήνυσεν ἐν οἷς εἶπε, «Δικαιοσύνη καὶ κρίμα ἐτοιμασία τοῦ θρόνου.» Ὁδὲ δικαιοσύνη δὲ μόνον ταύτας διαίτε τὰς πύλας, ἀλλὰ δικαιοσύνη δὲ αὐτῶν εἰς τὸ ἡμέτερον ἀφίκετο γένος. Ἐπὶ μὲν γὰρ τῶν προτέρων χρόνων, πρὶν ἢ τὸν Θεὸν εἰς τοὺς ἀνθρώπους ἐπιδημήσαι, οὐκ ἦν εὐρεῖν δικαιοσύνην ἐπὶ τῆς γῆς. Αὐτὸς γὰρ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ διέκυψε καὶ ἐζήτησεν ὁ Θεός, ὅν λαθεῖν οὐκ ἐνῆν, εἰπερ ὄλωσ ἦν, καὶ ὁμως οὐκ εὐρε ἢ Πάντες γὰρ, φησὶν, ἐξέκλιαν, ἀμα ἠχρηώθησαν, οὐκ ἔστι ποιῶν χρηστότητα, οὐκ ἔστιν ἕως ἐνός. ἢ Ἐπεὶ δὲ ἡ ἀλήθεια ἐκ τῆς γῆς ἀνέτειλε τοῖς ἐν τῷ σκότει τοῦ ψεύδους καὶ τῇ σκιᾷ καθημένοις, τῆνικαῦτα καὶ ἡ δικαιοσύνη ἐκ τοῦ οὐρανοῦ διέκυψεν ἄρτι πρώτως ἀληθῶς καὶ τελείως τοῖς ἀνθρώποις φανεῖσα καὶ ἐδικαιώθημεν, πρῶτον μὲν τῶν δεσμῶν καὶ τῆς εὐθύνης ἀπαλλαγέντες, τοῦ μὴδὲν ἀδικηκότος ὑπὲρ ἡμῶν φολογησαμένου τῷ διὰ σταυροῦ θανάτῳ, καὶ ὃν ἔδωκε δίκην ὑπὲρ ὧν ἡμεῖς ἐτολήσαμεν, ἔπειτα καὶ φίλοι Θεοῦ καὶ δίκαιοι κατέστημεν διὰ τὸν θάνατον ἐκεῖνον. Οὐ γὰρ ἔλυσε μόνον καὶ τῷ Πατρὶ κατήλλαξεν ἀποθανὼν ὁ Σωτὴρ, ἀλλὰ καὶ ἔδωκεν ἡμῖν ἐξουσίαν τέκνα Θεοῦ γενέσθαι, ἢ συνάψας μὲν ἑαυτῷ τὴν φύσιν τὴν ἡμετέραν διὰ τῆς σαρκὸς, ἦν ἀνελετο, συνάπτων δὲ ἡμῶν ἕκαστον τῇ ἑαυτοῦ σαρκὶ τῇ δυνάμει τῶν μυστηρίων. Καὶ τοῦτον τὸν τρόπον τὴν ἑαυτοῦ δικαιοσύνην καὶ τὴν ζωὴν ἐν ταῖς ἡμετέραις ἀνατέλλει ψυχαῖς οὕτω τὴν ἀληθῆ δικαιοσύνην διὰ τῶν μυστηρίων τῶν ἱερῶν ἐξεγένετο καὶ γινῶναι τοῖς ἀνθρώποις καὶ κατορθῶσαι.

Εἰ γὰρ πολλοὶ δίκαιοι καὶ φίλοι Θεοῦ παρὰ τὴν Γραφὴν πρὶν ἀφῆχθαι τὸν δικαιοῦντα, ἐκεῖνο λογίζεσθαι χρὴ, μάλιστα μὲν ἐν τῷ γένει αὐτῶν, ἔπειτα καὶ διὰ τὸ μέλλον ἐγένοντο καὶ παρασκευάσθησαν ἀνασχουση προδραμεῖν τῇ δικαιοσύνῃ καὶ λυθῆναι μὲν τοῦ λύτρου καταβλήθέντος, ἰδεῖν δὲ τοῦ φωτὸς φανέντος, ἀναστῆναι δὲ τῶν τύπων τῆς ἀληθείας ἀναδειχθείσης. Καὶ τότε διήνεγκαν οἱ δίκαιοι τῶν πονηρῶν, ἐν τοῖς αὐτοῖς σχεδὸν ἐκείνοις ὄντες δεσμοῖς, καὶ τὴν αὐτὴν ὑφιστάμενοι τυραννίδα, ὅτι οἱ μὲν πρὸς τὸν

²⁰ Rom. 1, 17. ²¹ Psal. LXXXVIII, 15. ²² Psal. XIX, 5. ²³ Joan. 1, 12

ἀνδραποδισμὸν ἐκείνων καὶ τὴν δουλείαν δυσχερῶς ἄ
εἶχον, καὶ ἠθρογόντο τὸ δεσμοτῆριον καταστραφῆναι
καὶ τὰ δεσμὰ ἐκεῖνα λυθῆναι, καὶ ἐπεθύμουσαν πα-
τουμένην ἰδεῖν ὑπὸ τῶν ἐδεδεμένων τὴν τοῦ τυράννου
κεφαλῆν, τοῖς δὲ οὕτε ἐδόκει δειλὸν οὐδὲν τὰ πρῶ-
ντα, καὶ ἤθουσαν δουλεύοντες. Οἷοι καὶ ἐπὶ τῶν
ἡμερῶν ἐκείνων ἐγένοντο τῶν μακαρίων, οἱ τὸν
ἥλιον ἐπ' αὐτῶν ἀνατελλαντα οὕτε ἐδέξαντο καὶ ἀπο-
σδέσασαι ἐπεχέρισαν οἷς ἐξῆν, δι' ὧν ὤψθησαν δυνη-
θῆναι ἀφαινεῖσαι τὴν ἀκτίνα πάντα ποιούντες. Ὅθεν
καὶ οἱ μὲν ἐλύθησαν τῆς ἐν ἔθου τυραννίδος τοῦ
βασιλέως φανέντος, οἱ δὲ ἔμειναν ἐπὶ τῶν δεσμῶν.

Καθὰπερ ἐπὶ τῶν νοσούντων? τὴν θεραπείαν ἐκ
παντὸς τρίπου ζητοῦσι καὶ τὸν ἱατρὴν ἡδέως ὀρώσι
τῶν μηδὲ εἰδῶτων ὅτι νοσοῦσι καὶ πρὸς τὰ φάρμακα
ἀποπηθῶντων ἀμείγους καὶ ἀνεκτο-έσους εἶναι συμ-
βαίνει· τοῦτους γὰρ ὁ ἱατρός, οἶμαι, καὶ ὑγιαίνον-
τας ἤδη προτερεῖ καὶ μήπω ὑγιᾶσας, εἰ γὰρ μὴ
σύνουθεν ἑαυτῷ τὴν τέχνην τῆς ἀρρώστιας ἐλάττω·
τοῦτων τὸν τρόπον καὶ δικαίους καὶ φίλους ἐνίους
ἐπὶ τῶν χρόνων ἐκείνων ἐκάλεσεν ὁ Θεός. Τὰ γὰρ
πρῶτ' ἐπὶ τῶν εἰσέφερον πάντα καὶ τὴν δυνατὴν ἐπι-
δειξαντο δικαιοσύνην, ὅπερ λυθῆναι μὲν ἀξίους
ἐποίησε τοῦ λύσαι δυναμένου φανέντος, ἔλυσε δὲ οὐ-
δαμῶς. Καίτοι εἰ τοῦτο ἦν ἀληθὴς δικαιοσύνη, καὶ
αὐτοὶ ἂν ἦσαν « ἐν εἰρήνῃ καὶ ἐν χειρὶ Θεοῦ, » Σο-
λομῶν εἶπε, τὸ σῶμα ἀνατιθέμενοι τοῦτο· νῦν δὲ
ἀπερχομένου· ἐνθόδε ἄδης ἐξεδεχετο. Τὴν γὰρ ἀληθῆ
increatedam conspici non posse, at dum oculi in statu A et conditione naturæ manent, sed si, diviniore vi corroborati, ad altiora eleventur, nil impedit, corporeis hisce oculis in eminentiorem statum sublevatis, deitatem ipsam, et gloriam deitatis, quæ una cum Deo est, videri. Idque expertissima ratione confirmatur. Nam beata Virgo, quam modo assumptam canit Ecclesia cum corpore ipso, Deum et divinitatem ipsissimis oculis corporeis, sublevata tamen et divina vi confirmatis, intuetur. Et, post judicium universale, beati, resumptis corporibus, corporeis oculis gloriam deitatis deitatemque ipsam conspicient. Sic et die Transfigurationis duplex miraculum cernimus; alterum, cum cessat esse in corpore Christi; alterum, quod apostolorum oculos ad diviniorem aspectum excitat. De aliis divinis visionibus et splendoribus quid asserendum sit, alibi dicemus. Damnatus itaque est Barlaamus, quod lumen illud neque ex divina essentia neque divinam essentiam esse affirmabat, et præterea corporeos oculos per nullam diviniorem potentiam adeo elevari posse, ut deitatem conspiciant. Ex quo multa absurda sequi in doctrina ecclesiastica, manifestum est. Sic enim tolleretur visio beatifica post judicium, et aliorum sanctorum gloria, qui nunc in cœlo dicuntur degere, divinam Dei naturam corporeis oculis aspicientes. Damnatus est etiam ex alia parte, et jure merito, Palamas, dum lumen illud, et operationem Dei, diversum quid ab ipso Deo, quamvis increatum, constitueret; et, cum illi duo increata, et duæ deitates objicerentur, respondebat, id minime obstare; dari enim plura increata, et plures deitates, imo ἀπελραxις ἀπελραουs, quasi diceret, infinitas infinitas, modo superiores, modo inferiores, et quæ oculis conspicerentur; quod plane nugari est et ad gentiliū inceptias, majori etiam mensura, in tanta veritatis luce, referri. Quare jure etiam ipse, tanquam hæreticus et deorum plurimorum cultum introducens, condemnatur. Qui vero media insistit via, ut supra diximus, cum Ecclesia et sanctis Patribus sentit. Sic enim deitas ipsa, illiusque lumen increatum, corporeis oculis, sublevatis tamen, videri poterit. Idque cum ipsi non perciperent, non tantum Palamas ipse, sed alii præterea qui eum secuti sunt, dum seipso a difficultate extricare conantur, in alios atque alios errores prolapsi sunt. Audiatur David monachus, in Relatione de dissidio Barlaami et Palamæ: Ὅτι θεῖον μὲν ἔστι καὶ ἀκτιστον τὸ φῶs ἐκεῖνο καὶ θεότηs παρὰ τῶν ἁγίων ὀνομάζεται, οὐκ ἔστι καὶ οὐσία Θεοῦ, ἀλλ' ἐνέργεια, καὶ χάρις, καὶ δόξα, καὶ λαμπρότης ἐκ τῆs θείας οὐσίας εἰς τοὺs ἁγίους πεμπομένη. Οἱ γὰρ ἄγιοι πάντες καὶ ἄνθρωποι, καὶ ἄγγελοι δόξαν μὲν ἀχρονον ὁρῶσι τοῦ Θεοῦ, καὶ χάριν αἰδιον δέχονται, καὶ δωρεάν, οὐσίαν δὲ Θεοῦ οὐδεὶs ποτε ἄνθρωπος, οὔτε ἄγγελος, οὔτε εἶδε, οὔτε ἰδεῖν δύναται. Et quidem lumen illud, divinum et increatum et deitas a sanctis nominatur, sed non est substantia Dei, sed operatio et gratia et gloria, et splendor ex divina s

stantia in sanctos missus. Omnes enim sancti, tam homines quam angeli, vident quidem Dei gloriam, temporis expertem, substantiam vero Dei nullus neque homo neque angelus vidit, aut videre potest. Quis in tam paucis verbis tot errata, præter unum Palamam, congerere potuisset? Similia sunt, quæ narrant, Philotheus, patriarcha Constantinopolitanus, Callistus Angelicus de spiritali participatione. Damascenus Thessalonicensis in fine concionis de Transfiguratione Domini. Et nota, Dei essentiam beatis non videri, sed nescio quam claritatem; errore antiquo Armenorum, cujus meminit sanctus Gregorius, lib. xviii *Moralium*, cap. 37. Damnatur itaque Barlaamus, damnatur et Palamas. Ergo tunc temporis Græci alia via difficultatem evaserunt; neque enim approbare poterant quod condemnarent. Quare necesse est, eos defuisse, divinam essentiam, licet incretam, et Deum, oculis corporeis, vi tamen divina sublevatis, ut jam diximus, videri posse; quod in montis Thaborii lumine accidit; illud enim increatum cum esset, visum tamen est ab apostolis. Hic immerito redarguuntur a nonnimine, ac si operationem Dei esse quid a substantia Dei diversum existimassent. Neque enim considerandum est in ea natione, quid unus aut alter tenuerit, sed quid omnes uno ore profiteantur. Et sane profiterentur nunc omnes, si Palamas ab his tem Græcis, veluti hæreticos damnatos, excipias, beatos, post judicium, Deum ipsum oculis corporeis visuros. Ideo multa in Prateolo corrigunt: Adversus Barlaamum et Acindynum nonum generale concilium coactum fuit, et celebratum in præsentia illius beati et celeberrimi imperatoris Michaelis Andronici, cognomento Palæologi, imperatoris Græcorum, et Joannis ejus filii. Nullum ex dictis conciliis generale fuit; nullum sub Michaele habitum. Joannes Palæologus, qui subscripsit, non Michaelis Palæologi, sed Andronici junioris filius fuit: qui cum in schismate vixerit et obierit, frustra beatus nominatur. Prateolus: Genesant isti, modo, nullum esse discrimen in divina natura, substantia, et effectu; sed idem esse, nec diversum: modo differentiam esse profitebantur, substantiam tamen incretam; ejus autem essentielles actiones, et naturales, sentiebant esse diversas, non tamen increatas, sed creatas. Nihil horum Barlaamo et Acindyno in mentem venit, et aliud illos affirmasse, ex eorum Commentariis planum est. Quidquid tamen sit, pulso Joanne patriarcha, subrogatoque Isidoro, Palamitis addictissimo, favore etiam imperatoris Cantacuzeni, qui imperium administrabat, adeo Byzantii Palamitarum factio invaluit, ut nihil ad corroborandos proprios errores intendantur reliquerint, et coactis synodis, et Tomis editis, Barlaami et Acindyni omnia anathemati subjecerint, sua, uti pia et catholica, promulgarent, quæ postea etiam propugnarunt Callistus et Philotheus patriarchæ, ejusdem instituti cum Palama. Et hæc pro Barlaami, Acindyni, et Palamæ hæresi, satis sunt.

ΓΡΗΓΟΡΙΟΥ

ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΘΕΣΣΑΛΟΝΙΚΗΣ

ΤΟΥ ΠΑΛΑΜΑ

ΘΕΟΦΑΝΗΣ

Η

ΠΕΡΙ ΘΕΟΤΗΤΟΣ ΚΑΙ ΤΟΥ ΚΑΤ' ΑΥΤΗΝ ΔΜΕΘΕΚΤΟΥ ΤΕ ΚΑΙ ΜΕΘΕΚΤΟΥ.

GREGORII PALAMÆ

THESSALONICENSIS ARCHIEPISCOPI

DIALOGUS QUI INSCRIBITUR

THEOPHANES

SIVE

DE DIVINITATIS ET RERUM DIVINARUM COMMUNICABILITATE
ET INCOMMUNICABILITATE.

(Matthæi, *Lectiones Mosquenses*, t. II.)

Θεοφάνης. Ἐπεσχεψω κατα σεαυτον γενόμενος, Ἄ
ἀδελφὲ Θεότιμε, τὰ ὠμιλημένα Ἐναγχος, ἢ καθάπερ
τινὰ περιττὴν ἀδολεσχίαν ἀμελέτητον ἀφελς, καὶ
λεληθότως ὑπεκπνεῖν κατὰ μικρὸν ἑάσας, τῶν τῆς
σῆς ψυχῆς ἐξεφόρησας τελέως λογισμῶν;

Θεότιμος. Τί τοῦθ' ὁ λέγεις, ἀγαθὲ Θεόφανες;

Theophanes. Considerastine tecum, frater Theo-
time, recens colloquium, an superflue instar nu-
gationis neglectum et cita oblivione sopitum a
mentis tue cogitationibus omnino abstulisti?

Theotimus. Quid dicis, optime Theophanes? Sic-

Hunc dialogum edidi ex cod. bibliothecæ SS. sy-
nodi in fol. num. 70. Ex eodem jam edidi ejusdem
Gregorii aliquot homilias Mosquæ, 1776, in 8. Ille

Dialogus legitur etiam in codd. ejusdem bibliothe-
cæ 524, fol. 260 seqq. et 344, fol. 1 seqq. ex qui-
bus alio tempore varietates adijiciant.

cine putas mea memoria excidisse bonum illud beneficentissimumque mihi colloquium quod me tanto liberavit errore? errore, inquam, quem peperit Italus iste Barlaam et propter quem periit in exsilio, et ipse illiſis nescio quomodo socius factus Acindynus, sibi suisque ſectatoribus certissimum periculum (κίνδυνος).

Theoph. Scio te multis implicitum negotiis, et nuper illapsam omnibus perturbationem, propter quam tuos amicos nunc imprimis tuſ indigere scio prudentia : itaque huic illa accomodavi.

Theot. Verum ego cunctis negotiis, scito, tantarum rerum anteposui considerationem, ita ut ille, ob assiduam meditationem, quasi characterem in anima mea imprimerent, nec me dormientem dimitterent, et expergefatto statim quales erant apparerent menti singulas examinanti, mihiſque viderer in quodam lucido veritatum divinarum contuitu firmiter stans, ubi sermonibus tuis constitutus eram, et unde velut ex aliquo prospectu aspicebam infra jacentem profundum quemdam vorticem obscuramque abyssum caligine plenam, voraginosum scilicet errorem illorum qui, spem in mendacio reponentes, eo tantum delectantur tamque copiosam prodigunt fallaciam, ut sibiſmet mentiantur et seipsos decipiant. Modo enim deificam Spiritus gratiam, qua sancti participes Dei vel potius unus cum Deo spiritus ſunt, esse creatam audacter affirmant, et argumentis Scripturæque testimoniis omnes convincere maxima conantur industria; modo vero dicunt nos ipsius essentialis Dei esse participes. Nonne sic in duas partes claudicant, et sibi suisque sermonibus contradicentes utrinque videntur et semetipsos fallunt? Nam quomodo qui essentialis divinæ (juxta ipsos) ſit particeps, non increatum, sed creatum participat? Quomodo vero qui creata (juxta ipsos) gratia deificatur, divinæ particeps est essentialis?

Theoph. Theotime, non dissonant eorum sermones cupiditati animæ istos parientis, ex quo in tam absurda elati sunt : talia enim invidia suggerere solet. Illorum quidem loquela loquentibus contradicit, ostendens eos a quibus profertur non semiimprobos, sed nequissimos esse : qui enim omnino malus est, ne sibi quidem est bonus. Cæterum isti semet destruant. Tu vero, si nondum omni extricatus es difficultate, confidenter sciscitare quicquid volueris : nam cum eo qui non contentionis, sed veritatis studio percontatur, amolloqui.

Theot. Dic mihi, quæso, ante omnia, Theophilanes, quis absurdam hanc auspicatus sit doctrinam, qua deceptus Barlaam perpetuo se probrose multavit exsilio. Dicebat enim se quædam nactum esse scripta, e quibus selectos ostendebat multiplices textus, quos ægro a se animo ferri asserebat. Non ipse, aiebat, ullum subiecit damnum; sed in

Α Οὕτως οἶέ με βλάβως τῆς μνήμης ἐκβαλεῖν ὁμιλίαν ἐκείνην, τὴν καλὴν ἐμοὶ καὶ τῶν καλλίστων πρόξενον, δι' ἧς τσαούτης πλάνης ἀπηλλάγη; πλάνης, ἣν ἔτεκε μὲν ὁ Ἰταλὸς ἐκεῖνος Βαρλαάμ, καὶ ὅφ' ἧς διόλωλε φυγαδευθεὶς, εἰσποιησάμενος; δὲ οὐκ οἶδ' ἕως ὅ Ἀκίνδυνος κίνδυνος σαφῆς ἐαυτῷ καὶ τοῖς αὐτῷ πεποιθμένοις γέγονε μάλιστα ἀγύρτης.

Θεοφ. Οἶδα πολλοῖς περιστοιχιζόμενον σε πράγμασι, καὶ τὸν περιστόντι θόρυβον ἀρτίως πάντας, δι' ἧν εἶπερ ποτὲ τοὺς φίλους δεῖσθαι σου τῆς ἀγχινολίας οἶμαι. Ταῦτ' ἄρα ταύτη ἰρόμην.

Θεοτ. Ἄλλ' ἐγὼ καὶ ἀσχαλία; ἀπίστος ὑπερτέρων, εὐ ἴσθι, πεποίημαι τὴν περὶ τηλικούτων σκέψιν, ὥστε μοι καὶ ἀπὸ τῆς συνεχοῦς μελέτης οἶόν τινα τύπον ἐνδύναει; τὴν ψυχῆν, καὶ μηδὲ κθεύδοντα ἵνεναί, ἐξεγειρομένῳ τε εὐθὺς παρεῖναι ὡς ἐπὶ ἕκαστα βασανίζοντι τῷ λογισμῷ. Καὶ μοι ἐδόκει καθάπερ ἐπὶ σκοπιᾶς τινοῦ ἀμφιφαοῦς τῆς ἀληθείας τῶν περὶ Θεοῦ δογμάτων ἐστηκότι βεβαιῶς, ἐφ' ἣν ἐτύγγανον ὑπὲρ τῶν σῶν λόγων ἀναδιδασθεὶς, ἐκείθιν ὡς ἐξ ἀπόπτου τινὸς κάτω που διακειμένην φάραγγά τινα βαθεῖαν καὶ διασφάγα ἐπίσκιον διάπλων ζῶντος, δι' ἡλόντι ψεύδους ἀμφιφαοῦς, τὰ ἐκείνων ὄρα, οἱ ψεύδους ἀντικρυς θέμενοι τὴν ἐλπίδα, τοσοῦτον ἐπεντροφῶσιν αὐτῷ, καὶ τοσαύτην ἐπίδα φιλεύονται τὴν ἀπάτην, ὡς καὶ σῶν αὐτῶν ἐθελοντά; καταψεύδεσθαι, καὶ ἐξαπατᾶν ἑαυτοῦς. Οἱ γὰρ νῦν μὲν τὴν θεοποιὸν δωρεάν τοῦ Πνεύματος δι' ἧς μέτοχοι Θεοῦ, μᾶλλον δὲ ἐν πνεύμα μετὰ τοῦ Θεοῦ γίνονται οἱ ἀγιοί, κτίσμα διαβήδην λέγοντες καὶ δι' ἐπιχειρημάτων καὶ Γραφικῶν μαρτυριῶν πάντας πείθειν διὰ μεγίστης ποιούμενοι σπουδῆς, νῦν δ' αὖθις ὡς αὐτῆς τῆς οὐσίας τοῦ Θεοῦ μέτοχοι ἔσμεν, ἄρ' οὐχὶ πρὸς τῶν κατ' ἀμρότερα ταυτε, καὶ καθ' ἑαυτῶν καὶ τῶν οἰκείων λόγων ἐφ' ἑκατέρου μέρους ψεύδονται, καὶ ὅφ' ἑαυτῶν ἀπατῶνται; Πῶς γὰρ ἂν ὁ τῆς οὐσίας τοῦ Θεοῦ μετέχων κατ' αὐτοῦς οὐκ ἀκρίστου ἀλλὰ κτιστοῦ μετέχων εἴη; Πῶς δ' αὖθις ὁ κτιστῆ κατ' αὐτοῦς χάριτι θεοποιούμενος τῆς οὐσίας μετέχει τοῦ Θεοῦ;

Θεοφ. Θεότιμε, οὐκ ἀπεκότως οἱ σῶν λόγοι τῆ πάθει τῆς αὐτοῦς τικτούσης ἰοίκασι ψυχῆς, ἀφ' οὗ πρὸς τὴν λογιολογίαν ταύτην ἐπήρθησαν σφισί γὰρ ἐμποιεῖν τοῖς φηρονούσιν ὁ φθόνο; πέφυκε καὶ οἱ τούτων λόγοι τοῖς λέγουσιν ἀντιλέγουσιν, οὐκ ἡμιμοχθῆρος τινὰς τοὺς προτεμένους, ἀλλὰ παμπονήρου; δεικνύντες ὁ γὰρ τελῶς κακὸς οὐδ' ἑαυτῷ ἐστὶν ἀγαθός. Ἄλλ' ἐκεῖνοι μὲν ἑαυτοῦς καταστρεφόντων σὺ δ' εἰ μὴ τῶν ἀποριῶν ἀπολέλυσαι τελῶς, πυκνῶν ἀδελῶς, ὅπερ ἂν ἦ σοι βουλομένῳ τῷ γὰρ μὴ πρὸς ἔρον, ἀλλὰ πρὸς ἀλήθειαν ζητητικῶν διαφερόντως, εὐ ἴσθι, χρίρω διαλεγόμενος.

Θεοτ. Τοῦτό μοι πρὸς Θεοῦ πρὸ τῶν ἄλλων φράσου, Θεόφανες, τίς ποτ' ἄρα τῆς ἀντιλογίας ταύτης ἦρξε, καθ' ἣν ἠτηθηθεὶς ὁ Βαρλαάμ ἀσιφυγίαν ὑπ' αἰσχύνης ἑαυτοῦ κατεψήφισατο; Γράμμασι γὰρ ἐντυχεῖν ἔλεγον ἐκείνος, ἀφ' ὧν καὶ πολυστίχους ὑπεδεικνυ βίσεις ἐκλεξάμενος, δι' ἧς παθεῖν διεβεβαίουτο τὴν ψυχῆν, οὐκ αὐτός τι βλάβος ὑποστάς ἀλλὰ

κατὰ τῶν συγγραφεμένων ὀνόνοιαν δεξάμενος οὐκ ἀγαθὴν, μᾶλλον δὲ καὶ λίαν κακὴν. Δυσσεβῆ γὰρ ἔχειν δόξαν ὀπέλαθεν αὐτοῦς, ἣν δὴ καὶ ἀνασκευάζων, ἀντιβῆρτικὸς λόγους συνεγράψατο. Τοιγαροῦν οὐκ ἂν ἔχοι τις εἰπεῖν αὐτὸν τῆς ἀντιλογίας καταβάλλεσθαι τὴν ἀρχὴν.

Θεοφ. Καλῶς εἰπέ τις τῶν παλαιῶν Καισάρων, ὡς οὐχ ὑπέχειν ἀμφω δεῖ τὰ ὡτα τοῖς κατηγοροῦσιν, ἀλλὰ τῷ ἀπολογησομένῳ θάτερον ἀκῆρατον φυλάττειν οὐς, ὥστε μηδαμῆ μηδὲν στέργειν μηδὲ ἀποφρίνεσθαι πρὶν ἂν διακούσῃ ἀμφοτέρων. Ταῦτα γὰρ αὐτὰ κατὰ τῆς συνόδου διεξῆλθε μικροῦ καὶ ἐπὶ λέξεως ὁ Βαβυλαῖος καὶ πολλοὶ τῶν ἐκείνου λόγων μεταξὺ τῶ, Τετραυματίσται καὶ πάντων τὴν ψυχὴν, ὅφ' ὦν ἔφησιν συγγραμμάτων δηλαδὴ. Πρὸς ταῦτα δὲ ἡμῖν ὀλίγων ἐδέξατο λόγων ἔχομεν γὰρ τὴν ἀπὸ τῶν πραγμάτων ἀνεξέλεκτον ἀντίθεσιν. Ἐξενεγκόντες γὰρ ὑπεδείξαμεν συγγράμματα ἐκείνου πολλῶν πρότερα τῶν ἡμετέρων, τείνοντα κάκεινα πρὸς τὴν προκειμένην δίκην, πρὸς δὲ καὶ ἀντέκειτο τὰ ἡμέτερα. Ταῦτα δὲ ἐκεῖνος τῆς Θεσσαλονικῆς ἀπαίρων ἀφανίσας, ὡς γε ἔφατο, καὶ τὰ μετ' ἐνιαυτὸν συγγραμμένα οἱ πρὸς τὰς ὅφ' ἡμῶν γενοῦσας ἀντιβῆρσεις προδεικνύει ἐνθάδε, τοὺς οὐκ εἰδότες, ὡς οὐκ ἔφησεν, ἔβαν ἔπειθεν. Ἄλλὰ γὰρ ἀναπεφηγότες οὕτω βῆσται δολίου κατὰ τοῦτο καὶ ψευδοῦς, ἐπεὶ καὶ Θεσσαλονικεῖς ἄνδρες παρήσαν οἱ συνειδότες ἐξεταζομένης τῆς ἀρχῆς ὄθεν ἀνεφάνη πρὸς ἐνιαυτῶν τεττάρων, ὅτε μηδὲ ἦδει πως σχεδόν, ποῦ γῆς ἡμεῖς ἔομεν, μηδὲ διὰ γραμμάτων ἐτύγχανεν ὀμιλητικῶς ἡμῖν, τότε πρὸ τοσοῦτου χρόνου πρὸς τινὰ τῶν ἐν ἀπλότῃ μοναζόντων ὕπακοῆν αὐτὸν ὀποκρινάμενον, ἐκ τούτου τὰς λαβὰς εὐρέσθαι τῶν κατηγορημάτων, ὡς καὶ ὁ συνοδικὸς τόμος καταφανὲς τίθεται τοῖς βουλομένοις. Πρὸς δὲ τοῖς εἰρημένοις τίς ὁ τῶν λόγων ἀρχῶν; οὐχ ὁ κατηγορῶν, οὐχ ὁ ἐγκαλῶν, ὅς ἦν φανερώς αὐτός; ἡμεῖς δ' οὐ μετὰ μῆνας ἔχομεν ἐπτά, πατριαρχικοῖς γράμμασι μετὰτεμπτοι; Πῶς οὖν οὐ παντὸς μᾶλλον ἐκφανὲς, ὡς οὐχ ἡμεῖς οἱ τὴν ἀρχὴν τῆς πρὸς αὐτὸν ἀντιλογίας καταβαλλόμενοι, οὐ μὴν ἀλλ' εἰς ἐκεῖνος ἤρξεν εἰθ' ἡμεῖς, ὁ δυσσεβὴς τρόποις, ἀλλ' οὐκ ἀπλῶς ὁ ἀρξας;

Θεοφ. Εὖ λέγεις. Τοῦτο μὲν δὴ καὶ προῦργιατερον ἂν εἴη καὶ δυσχερέστερον μαθεῖν ἔμολε δὲ οὐκ ἐτ' ἀμφισβητήσιμον οὐδὲν καὶ γὰρ ἔγνω ἀκριβῶς τὴν τοῦ ἀνδρὸς κακοδοξίαν ὄση. Μακρὰς δὲ ὄσης καὶ πολυσχιδοῦς καὶ ὑπὸ τῶν διαβεβαμένων αὐξηθείσης ἐς τὴν μάλιστα, μεθόδου τινὸς ἔδομαι, καθ' ὅσον οἶόντε συντατμημένης, οὐκ εἰς κατάληψιν, ἀλλ' εἰς διασφρασίαν τε καὶ ἔλεγχον αὐτῆς καὶ σοῦ δέδομαι μὴ ἀνεῖναι κατὰ τὸ ἐγγωροῦν, ὀδὸν ὕψηγησασθαι τοιαύτην, ὅπως δι' αὐτῆς ἡμεῖς ἴοντες, καὶ ὡς ὀπλωκυκλούμενοι τῇ ἀληθείᾳ, πιπτούσας ὀρώμεν τὰς ἐκείνων λεισηγίας, ψαλμικῶς εἰπεῖν, ἐκ τε τοῦ κλιτούς καὶ ἐκ δεξιῶν, ἡμῖν δὲ μὴ ἐγγιζούσας.

Θεοφ. Οὐ μικρὸν ἐστὶ τὸ αἰτήμα, ὃ βέλτεστε, ἐγὼ τε τοιαῦτα ἄττα οὕτε συνιδεῖν ὀξὺς οὕτε ἐξεῖπεῖν δεῖνός. Σὴν δ' ὀμως χάριν, ἐπεὶ καὶ τοῖς ὑπὲρ δύναμιν ἡ ἀγάπη πείθει, ἐγχειρεῖν, σῆρσειν ἐλπίσας

A scriptores suspicionem conceperat non bonam, sed potius valde malam : suspicatus est enim eos impiam profiteri doctrinam, ad quam refellendum refutationem composuit. Itaque a nemine dici posset ipse disputationis fundamenta jecisse.

neoph. Recte dixit quidam veterum Cæsarium non præhendas esse ambas aures accusatoribus, sed et se defensuro unam aurem integram esse servandam, ita ut nihil admittatur aut rejiciatur quin utraque pars audita fuerit. Non eadem fere ad verbum in synodo enarravit Barlaam; et dum loqueretur, multa saucio passus sum animo pro illis videlicet quæ dicebas scriptis. Sed ad refellendum quæ asserebat paucis nobis sermone opus fuit : nam res ipsæ irrefutabilem nobis suppediabant refutationem. Produximus enim et ostendimus scripta illius nostris multo anteriora, quæ ad præsentem litem atinebant, et quibus nostra oblietabantur. Sed illis a Thessalonica ablatis et e conspectu, ut putabat, subductis, alia ibidem substituit quæ uno post anno contra refutationem nostram composuerat, et ignaris facile persuasit se controversiam non exorsum esse. Sed non minus facile detecta est fraus et fallacia, quia Thessalonicenses adcrant viri scientes quæsitam originem patuisse quatuor ante annis, quando ille forsitan nesciebat ubi nos essemus nec litteris unquam nobiscum collocutus erat : tunc enim, tam longe antèrius, simulans se simplici cuidam monacho morem gerere, eâ inchoavit quorum accusatur, ut in Actis synodi clare videbit quisquis voluerit. Præterea, quis controversiæ auctor ? nonne accusator, nonne insimulator ? quod ipse evidenter erat. Nos vero nonne post septem menses venimus, patriarchæ litteris accersiti ? Nonne igitur clarissime ante omnia liquet non nobis tribuendum esse initium disputationis ad illum spectantis ? Ceteroquin, sive ab eo, sive a nobis exorta sit, nonne ille magis inculpandus est vel potius execrandus qui impia loquitur quam qui duntaxat inchoavit ?

λέγων μάλιστα μεμπτεός, μᾶλλον δὲ καὶ ἀποθεοί. Bene loqueris. Id quidem melius esset ac difficilium discere; mihi vero minime dubium est: percalleo enim quantus sit istius viri error. Qui cum sit multus ac multiplex et a successoribus in deteriora auctus, methodo aliqua indigeo, quoad fieri potest præcisa, non ad hunc intelligendum quidem, sed elucidandum et refellendum; teque oro ut non omittas, quantum potes, talem ostendere viam, qua nos ambulantes, et quasi scuta veritatis circumdati, eorum deliria videamus, ut fert psalmus, cadentia a latere et a dextris, ad nos autem non appropinquantia.

Theoph. Haud parum est quod postulas, charissime, neque ego tam perspicax qui tanta conspiciam, neque tam disertus qui talia eloquar. Attamen, cum supra vires aggredi quædeat charitas,

esperans auxiliaturum mihi Deum charitatis, quem- A dam dogmatum indicem elaborare conabor quo vera a falsis discerni possint. Hic tibi tam conveniens erit, ut adducens quascunque volueris, non solum ex nuper agitatís, sed etiam ex fere omnis ævi quæstionibus, discas in omnibus veritatem. Haud parvum ille esset signum, vel potius demonstratio prædicatæ a nobis veritatis, et erroris quo detinentur qui nobis contradicere audent. Si enim hujusmodi canoní repugnare ostendantur sive veteres hæretici, sive qui nobis hodie contradicunt, consonare vero tum quæ omni tempore, tum quæ a nobis recenter pie dicta sunt, nonne igitur manifestum est in qua parte utrumque sit collocandum. Quæ enim sunt eadem eidem, sunt necessario eadem inter se: quæ autem dissimilia sunt alterutro horum, sunt et sibi invicem dissimilia. Non mirum autem quod, quæ dicturus sum, multis aliis extendam sermonibus; velut enim ímam radicem et causam omnium quæ vera sunt vel falsa circa res divinas, nunc eloqui breviter volo.

Theot. Quam jucundum quod nuntias; he amplius tardes: longum enim odit exordium qui vehementer optat discere.

Theoph. Incipio. Num intelligis res divinas aliqua esse per se credibiles, et aliqua discipuli animum excitantes ad examen et investigationem?

Theot. Eadem sunt credibilia et non? Haud intelligo quid dicas.

Theoph. Equidem quod dico elucidabo.

Theot. Explana, et tunc amplectar quod verum videbitur.

Theoph. Dixit Moyses a Deo edoctus: « Audi, Israel: Dominus Deus unus est; » nonne hoc per se est credibile?

Theot. Ita est, si dicis per se credibile quod sine demonstratione creditur. Itaque Moyses, postquam audire jussit, nullam addidit circa hoc demonstrationem.

Theoph. Bene quidem fecit. Ut enim sensus in sensibilibus rationali non indiget argumento, ita nec fides in hujusmodi indiget ratiocinio. Quare non nisi adversus incredulos proluxi super illo textu proferrentur sermones. Sed idem Moyses, Deo pariter docente, ait: « Dominus pluit super Sodomam et Gomorrhham ignem a Domino de caelo⁴; » et cum simul ipsi Loth in Sodomis appareret Dominus, sic in dualibus conspiciebatur personis. Fide igitur id pariter accipimus.

Theot. Cur non? Quid ergo?

Theoph. Credimus igitur unum et non unum esse Dominum. Non ergo ipsa fides nos cogit et omnibus præcipit poscere et dare rationem, si quis præcipue in his offendat quærendo quomodo unus sit et non

συλληπτορα τὴν τῆς ἀγάπης Θεὸν, γινώσκοντά τινα δογμάτων ἐξεργάσασθαι πειράσομαι, δι' οὗ τὰ εὖ ἔχοντα, καὶ μὴ διακριθεῖν ἂν. Ὅς μόντοι καὶ σοὶ συνδέξει οὕτως ἔχειν, ἵνα προσάγων ἅττα βούλω, μὴ μόνον τῶν ἀρτι κινήθέντων, ἀλλὰ μικροῦ καὶ τῶν ἐκ τοῦ παντός αἰῶνος, μαθηταῖς ἐν πᾶσι τάληθές. Οὐ μικρόν δ' ἂν εἴη καὶ τοῦτο τεκμήριον μάλλον δὲ ἀπόδειξις τῆς τε ὑφ' ἡμῶν κηρυττομένης ἀληθείας καὶ τῆς ἐπιχωριαζούσης πλάνης τοῖς ἀντιλέγειν ἡμῖν προαιρουμένοις. Εἰ γὰρ ἀναδειχθεῖεν τῷ ὁμοίως ἔχοντι κανόνι τὰ τε τῶν πάλαι κατοδόξων καὶ τὰ τῶν νῦν ἡμῖν ἀντιλεγόντων μηδαμῶς ἑναρμοζόμενα, ἑναρμόνια δὲ τὰ ἐξ αἰῶνος εὐσεβῆ καὶ τὰ παρ' ἡμῖν λεγόμενα ἀρτίως, ἄρ' οὐκ εὐδελον, ἐν ποίᾳ μοίρᾳ τετάξεται ἑκάτερα; Τὰ γὰρ τῷ αὐτῷ τὰ αὐτὰ, καὶ ἀλλήλοις ἐστὶν ἀναγκαίως τὰ αὐτὰ τὰ ὁποτέρῳ τούτων ἔταρα καὶ ἀμφοτέρως ἄρα. Οὐ θαυμαστὸν δὲ, εἰ τὰ μέλλοντα ῥηθῆσθεσθαι διὰ πάντων μοι τέταται τῶν ἄλλων λόγων ὁμοί γὰρ τὴν ἐν τῷ βῆθει ῥίζαν καὶ τὸ αἴτιον πάντων τῶν ἔχόντων εἶ τε καὶ μὴ περὶ Θεοῦ δογμάτων, νῦν ἐκφῆναι προήρημαι συνθεπτυμένως.

Θεός. Ὅς ἐπόρισμον τὸ ἐπάγγελμα μηκέτ' οὖν μέλλε πολλῶν γὰρ ἀνέραστος προοιμίω ὁ σφόδρα εἰ ποθῶν μαθεῖν.

Θεοφ. Καὶ δὴ λέγω. Συνορᾷς ὡς τὰ τῆς θεολογίας ἐστὶ μὲν ὡς αὐτόπιστα ἐστὶ δ' ὡς παρακαλεῖ τὴν τοῦ διδασκομένου νοῦν εἰς ἐπίσκεψίν τε καὶ ἐξέτασιν;

Θεός. Τὰ αὐτὰ καὶ πιστά ἐστὶ καὶ μὴ; Οὐ μαθάνω ὅ τι λέγεις.

Θεοφ. Ἐγὼ δὲ λέγω ποιήσω φανερόν.

Θεός. Ποίησον, καὶ τότε συνερῶ τῷ δοκοῦντι ἀληθεῖ.

Θεοφ. Ἐφ' Μωϋσῆς, ὑπὸ Θεοῦ μαθῶν, « Ἄκουε, Ἰσραὴλ, Κύριος ὁ Θεός σου Κύριος εἰς ἐστὶν οὐκ αὐτόπιστόν ἐστὶ τοῦτο;

Θεός. Ναί εἰπερ φῆς αὐτόπιστον τὸ πιστευόμενον ἄνευ ἀποδείξεως. Διὸ καὶ Μωϋσῆς ἀκούειν ἐγκλεισάμενος, εἶτ' ἀποφηνάμενος οὐδὲν ἔπειτα περὶ αὐτοῦ προσέθηκε.

Θεοφ. Καλῶς γε ποιῶν. Ὅς γὰρ ἀσθησις ἐν τοῖς ὑπ' ἀσθησιν λογικῆς οὐ δαίται δείξεως, οὕτως οὐδὲ πίστις ἐν τοῖς τοιούτοις ἀποδείξεως. Διὸ καὶ πρὸς τοὺς ἀπίστους μόνους ὑπὲρ τοῦ τοιούτου μακροῦς ἂν τις ἐξενέγκω λόγους. Ἄλλ' ὁ αὐτὸς Μωϋσῆς καὶ τοῦτο μαθῶν ὑπὸ Θεοῦ φησὶν ὡς ἐπὶ Σόδομα καὶ Γόμορρα παρὰ Κυρίου πῦρ ἔβρεξεν ὁ Κύριος ἐξ οὐρανοῦ, » καὶ ὁ θνηταῖτα τῷ Ἄωτ ἐπιφαινόμενος ἐν Σιδόμοις Κύριος ἐν δυνὶ ἐφαίνετο προσώποις. Πίστις οὖν καὶ τοῦτο δεχόμεθα ὁμοίως.

Θεός. Πῶς γὰρ οὐ; Τί μὴν;

Θεοφ. Πιστεύομεν δὴ καὶ ὅτι εἰς καὶ ὅτι οὐκ εἰς ὁ Κύριος. Οὐκ αὐτὴ οὖν ἡ πίστις βιάζεται ἡμᾶς, καὶ παντάπασι διακελεύεται ζητεῖν καὶ διδύμει λόγον, εἰ τις μάλιστα παρὰ τὰ τοιαῦτ' ἐπηρέαζει, πῶς εἰς

⁴ Gen. vii, 4.

καὶ πῶς οὐχ εἶς, ἵνα μὴ ἀποποιήσιν τινες ὧμεν καὶ ἡμῖν αὐτοῖς οὕτως ἀνακόλουθα δοξάζοντες; καὶ φθειρόμενοι.

Θεός. Πάνυ μὲν οὖν. Οὐ γὰρ τοὺς περὶ ἀκαταλήπτου λόγους ἀνθυπενέγκαι τις ἀν τῶν εὐφρονούντων τῷ πυθθανομένῳ πῶς τοῦτ' ἐστὶν ὁπότερον· ἐπεὶ μὴ τὴν ἑκατέρου πολυπραγμονεῖ αἰτίαν τῆς ὑπάρξεως, ἀλλὰ τὴν θατέρου πρὸς θάτερον διαφορὰν.

Θεοφ. Ἀγαθαί σε τῆς συνέσεως. Ἐν γοῦν ταῖς τοιαύταις διπλοῖαις τῆς θεολογίας μικροῦ πάσαν ποιητὴν αἴρεσιν κινήθεισαν ἴδοις ἄν. Ἄλλ' ὁ μὲν ἀποδίδους τὴν λόγον οὕτως, ὡς ἀμφοτέρω πιστὰ, μηδὲν ἤτιον ἢ πρότερον σῶζεσθαι τὰ μέρη, εὐσεβῆς ὁ δὲ τῷ ἑτέρῳ κατὰ τοῦ ἑτέρου χρώμενος, ὁποιοῦν καὶ ὀπηδητοῦν, δυσσεβῆς ἢ καὶ ἀσεβῆς, κατὰ λόγον τῆς προκειμένης ἑκάστης ὑποθέσεως.

Θεός. Ποίησον καὶ τοῦθ' ὃ λέγεις, πρὸς Θεοῦ, σάεστερον.

Θεοφ. Καὶ δὴ ποιῶ. Πᾶς μὲν ὁ τῶν ἁγίων ὁμιλος Πατέρων ἕνα εἶπον τὸν Θεὸν κατὰ τὴν οὐσίαν, τρεῖς τὸν ἕνα κατὰ τὰς ὑποστάσεις· ἄλλο μὲν οὐσης τῆς ὑποστάσεως, καὶ ἄλλο τῆς οὐσίας, ὡς ἄλλο καὶ ἄλλο σημαινούσης ἑκατέρας, ἀκτίστου δὲ καὶ ἀχωρίστου οὐσῶν ἀλλήλων ἀμφοτέρων καὶ τῶν ὑποστάσεων καὶ τῆς οὐσίας, οὕτω τηρήσαντες ἀσάλευτον καὶ τὴν εἰς Τριάδα καὶ τὴν εἰς μοναρχίαν πίστιν. Σαβέλλιος δὲ τριθεῖαν κατηγορήσας τῶν οὕτω δοξαζόντων, αὐτὸς εἰς ἕν τὰ τρία συναλείψας διὰ τοῦ ἑνιαίου τὸ τριαδικὸν ἀνέλε τῆς θεότητος καὶ ἐκ τῶν ἱερῶν Γραφῶν τοὺς περὶ μονάδος λόγους συλλεξάμενος, ὅσων « Ἐγὼ Θεὸς πρῶτος, καὶ ἐγὼ μετὰ ταῦτα καὶ εἰς τὸν αἰῶνα λέγει Κύριος, καὶ τὸ παρ' αὐτοῦ τοῦ Κυρίου ἐν Εὐαγγελίοις εἰρημένον· Ἐγὼ καὶ ὁ Πατὴρ ἕν ἐσμεν, » καὶ ὅσα τούτοις παραπλήσια, προῦβάλλετο πρὸς μαρτυρίαν εἰς ἀναίρεσιν τοῦ τριαδικοῦ τῶν ὑποστάσεων. Οὐχ οὕτω ποιεῖ Σαβέλλιος καὶ ἄλλοι κατ' αὐτόν;

Θεός. Τοῦθ' οὕτω πάντες ἴσμεν.

Θεοφ. Κάγω διὰ τὸ πᾶσιν εἶναι τοῦτο φανερὸν σαφηνείας ἕνεκα προήνεγκα. Σὺ γὰρ τοὺς αὐτοῦ τοιοῦτους λόγους προσαγαγὼν τῷ γνώμονι τῆς πίστεως, ὅς καὶ ἕνα καὶ τρία λέγει τὸν αὐτὸν Θεόν, ἐξελέγξεις ἀπιστόν τε καὶ κακόδοξον, ὡς τὸ τριαδικὸν ἀναίρουσα τοῦ ἑνὸς Θεοῦ, καὶ τοὺς ὑπ' ἐκείνου παρὰ τοῦτο πολυθέους λεγομένους ὡς εὐσεβεῖς ἀνακτρυξέεις καὶ πιστοὺς. Ἄρειος δὲ καὶ αὐτὸς πολυθέους λέγων τοὺς τρία λέγοντας τὰ ἄκτιστα, ἐν ἄκτιστον εἶναι διεβεβαίουτο τὸν Πατέρα, τὰς ἄλλας ὑποστάσεις εἰς κτίσμα κατασπῶν, καὶ ταῖς ἀπὸ τῶν Γραφῶν μαρτυρίαις, ὅσαι παριστάσι τὴν διαφορὰν τῶν ὑποστάσεων, ὅσων « ὁ Πατὴρ μου μέζων μου ἐστίν, » καὶ, « Ἡ ἤκουσα παρὰ τοῦ Πατρὸς μου, ταῦτα λαλῶ, » καὶ ὅσα τούτοις παραπλήσια, διαστρέλλοντα καὶ δεικνύοντα τὴν μίαν τῆς θεότητος πηγὴν, ταῦταις τοῖνον ἀπὸ τῶν ἱερῶν Γραφῶν ἐρανισάμενος ἐχρήτη κατὰ τῶν εὐσεβῶς τὴν ἁγίαν Τριάδα προσκυνοῦντων. Σὺ οὖν καὶ τοὺς Ἄρειου λόγους τῷ αὐτῷ

A unus: ne stulti simus et nobismetipsis in sentiendo ac dicendo contraeuntes.

Theot. Optime. Noq enim incomprehensibilibus verbis responderet aliquis benesanus interroganti quomodo illorum alterutrum sit, quippe non sciscitanti cur utrumque sit, sed in quo differat alterum ab altero.

Theoph. Miror tuam intelligentiam. In hujusmodi enim ambiguis fere omnem siliam esse hæresim videas. Sed qui rationem ita reddit, ut duorum credendorum utraque pars nec plus nec minus asservetur, pius est; qui vero unam contra alteram usurpat qualicumque et quolibet modo, irreligiosus est et impius respectu utriusque propositæ quæstionis.

Theot. Quod ais, fac, quæso, clarius.

Theoph. Facio. Universa sanctorum Patrum turba dixerunt Deum esse unum essentia, et tres in uno personas: cum aliud sit persona, aliud essentia, siquidem aliud et aliud utraque significat; quanquam increata et immensa sunt ambo, personæ videlicet ac essentia. Et sic inconcussam tenuerunt fidem in trinitatem fidemque in unitatem. Sabellius vero hanc Trinitatis doctrinam reprehendens, et tria in unum confundens, divinitatis trinitatem per unitatem abstulit; e Scripturisque sacris textus unitatem inuenientes colligens, ut hunc: « Ego Deus primus, et ego post hæc et in æternum, dicit Dominus »; et istud ipsius Domini in Evangelio effatum: « Ego et Pater unum sumus; » et quælibet his similia objiciebat in testimonium ad auferendam personarum trinitatem. Nonne sic facit Sabellius et ejus sectatores?

Theot. Id omnes scimus.

Theoph. Id equidem, utpote omnibus manifestum, claritatis causa protuli. Tu enim tales illius sermones confereus cum fidei indice, qui unum ac trinum dicit eundem Deum, agnosces eum a fide sanaque doctrina esse alienum, quippe qui tollat Dei trinitatem, eos vero quos ideo polytheos vocat, pius et orthodoxos predicabis. Arius autem et ipse polytheos dicens qui tres asserbant increatos, unum increatum esse affirmabat Patrem, alias personæ creaturis annunians; et Scripturarum testimonia distinctionem personarum statuente, ut: « Pater meus major me est », et: « Quæ audiui a Patre meo, hæc loquor », et alia hujusmodi quæ unicum designant ostenduntque deitatis fontem, hæc, inquam, e sacris Scripturis emendicata usurpabat adversus pios sanctæ Trinitatis cultores. Tu igitur Arii quoque sermones indicii fidei comparans qui unum trinumque dicit eundem Deum, demonstrabis illum potius vere polytheum esse, qui eundem

¹ Isa. xli, 4. ² Joan. xiv, 28. ³ Joan. xv, 15.

Deum creatum simul et increatum dicit, quæ ambo in unam convenire naturam repugnat.

Theot. Optima quidem regula : nec enim tantum demonstrat, sed quasi concidit ac repellit ambages. Possuntne vero tali regula refelli qui errant super Domini incarnatione ?

Theoph. Optime.

Theot. Quis igitur canon ?

Theoph. Hic est, Credimus in unum Jesum Christum, scilicet in unicum Dei Filium, hominem factum, eundemque quasi duplicem. Si igitur dicat Nestorius alium esse de Patre genitum, et alium ex Matre Virgine natum ; si unam e contra Eutyches agnoscat naturam : tu eorum sermones fidei confer indices, qui unum duplicemque ut Hominem-Deum dicit eundem Christum : et statim evincetur Eutyches duplicem negans naturam, et Nestorius tollens hypostaseon unitatem et naturæ dualitate unitatem personæ evertere aggrediens.

Theot. Ipsiusne Barlaam et eorum qui cum eo pene corruerunt, errores indigitare et eodem modo refellere possis ?

Theoph. Perfecto.

Theot. Ergo et hoc nobis amplius verbis explica.

Theoph. En explanabo. Et sicut primum illum indicem ex Mosaicis textibus deprompsi, ita hunc ex Patrum testimoniis eruam. Hi quidem omnes unum sunt, juxta Domini votum, et ex uno eorum eadem conficeretur regula ; pluribus tamen opus est ob nimiam adversariorum pertinaciam.

Theot. Dic, quæso, Theophanes, ea quæ asseris et quis locutus sit et ubi operum dixerit, ut possint qui voluerint in ipsis eorum libris singula legere.

Theoph. Sic faciam, et potissimum citabo utilisima ad propositum recenter finem. Basilius Magnus, quadragesimum quartum explicans Davidis psalmum, ait : « Pulchritudo Omnipotentis est intelligibilis ejus et visibilis divinitas. » — Gregorius Theologus, ad intelligentiam impellens divini baptismatis, dicit : « Lumen est divinitas quæ in monte apparuit paulo vividior visu. » Rursus ad Cleodionum scribens : « Veniet quidem, ait, juxta meum sermonem, talis vero qualis apparuit et visus est discipulis, superante eminentèr humanitatem divinitate. » — Macarius Magnus, spiritualesm visionem, quoad fieri potest, explicans, et de lumine revelationis disserens : « Quia, inquit, omnis cogitatio per sensibillum quorumdam representationem intrat in animam, hanc beatum divinitatis lumen tunc illustrat, quum eam illæ evacuarunt et informare desierunt : siquidem requiritur hæc omnium cogitationum privatio ut talis

γνωμον: της πίστεως προσαγαγών, δ: εν και τρία λέγει τὸν αὐτὸν Θεὸν, ἐκείνον μᾶλλον δείξεις πολυ-

θεον ὡς ἀληθῶς, κτιστὸν τε καὶ ἀκτιστον λέγοντα τὸν αὐτὸν Θεὸν, ἃ συμβῆναι πρὸς μίαν φύσιν ἀδύ-

νατον.
Θεότ. Ἄριστός γε ὁ κανὼν· οὐ γὰρ μόνον δείκνυσιν, ἀλλ' οἶον καὶ ἐκτέμνει καὶ ἀποδιοπομπεύεται τὰς στρεβλότητας. Ἔστι δ' ἄρα καὶ τοὺς σφαλλομένους περὶ τὴν Δεσποτικὴν οἰκονομίαν δι' ἑμοῦ κανόνος ἐξελέγχειν ;

Θεοφ. Μάλιστα.

Θεότ. Τίς οὖν ὁ κανὼν ;

Θεοφ. Ὅτι πιστεύομεν εἰς ἓνα Κύριον Ἰησοῦν Χριστόν, τοῦτέστιν εἰς ἓνα Υἱὸν τοῦ Θεοῦ, ἐνανθρωπήσαντα, ταῦτ' ἐν δ' ἕνα διπλοῦν. Ἐὰν οὖν λέγῃ Νεστόριος ἄλλον τὸν ἐκ Θεοῦ, καὶ ἄλλον τὸν ἐκ τῆς Μητρὸς παρθένου, μίαν δὲ Χριστοῦ φύσιν ἀντιστρέφω ; ὁ Εὐτυχῆς, προσάγαγε σὶ τοὺς αὐτῶν λόγους τῷ γνωμον: της πίστεως, δ: ἓνα διπλοῦν ὡς θεάνθρωπον λέγει τὸν αὐτὸν Χριστόν· εὐθύς γὰρ Εὐτυχῆς ἐξελεγχθήσεται, τὸ διπλοῦν ἀρνούμενος ὁ δὲ Νεστόριος ἀθετῶν τὸ τῆς ὑποστάσεως μοναδικόν, καὶ τῷ δουκῷ τῆς φύσεως ἀνατρέπειν τὸ ἕνιαίον τοῦ προσώπου ἐγχειρῶν.

Θεότ. Ἡ μὴν καὶ τῆς τοῦ Βαρλαάμ καὶ τῶν αὐτῶ κινδυνευσάντων προσορυῆναι δείξας τὸν αὐτὸν τρόπον ἀπελέγξαι σχολῆς ἄν ;

Θεοφ. Πάνυ γε.

Θεότ. Σαφήνισον οὖν καὶ τοῦθ' ἡμῖν διὰ τῶν λόγων ἐπιπλέον.

Θεοφ. Καὶ δὴ σαφηνῶ καθάπερ τὸν πρώτον ἐκείνον ἀπὸ τῶν Μωσαϊκῶν φωνῶν κατεσκευάσα σοι γνώμονα, οὕτω τοῦτον ἀπὸ τῶν πατρικῶν ἐξεργασμένος· ἐν γὰρ οὗτοι πάντες κατὰ τὴν Δεσποτικὴν εὐχὴν, ἣν δ' ἄν καὶ ἐξ ἑνὸς αὐτῶν κατασκευάσαι τὸν αὐτόν. Πλειόνων μέντοι δεῖ διὰ τοὺς ἐπιεικῶς ἰσχυρογνώμονας.

Θεότ. Λέγε πρὸς Θεοῦ, Θεόφανες, ἐφ' ἐκάστου τῶν ὑπὸ σοῦ προβαλλομένων καὶ τὸν εἰρηκότα, καὶ οὐ τῶν λόγων εἶπεν, ἴν' εἴη τῷ βουλομένῳ ἐν ταῖς αὐτῶν ἐκείναις βίβλοις ἀναγινώσκειν ἕκαστα.

Θεοφ. Οὕτω δὴ ποιήσω μάλιστα ἐπὶ τῶν ἀναγκασιωτάτων πρὸς τὸ προκειμενον ἀρτίως σκέμμα. Βασίλειος οὖν ὁ Μέγας, τὸν τεσσαρακοστὸν τέταρτον διασαφῶν Δαδτικὸν ψαλμὸν, « Κάλλος, φησὶ, τοῦ δντος δυνατοῦ, ἡ νοητὴ αὐτοῦ καὶ θεωρητὴ θεότης. » Γρηγόριος δὲ ὁ Θεολόγος, εἰς ἀνάληψιν τοῦ θαλου προτρεπόμενος βαπτίσματος, « Φῶς, φησὶν, ἡ παραδειχθεῖσα θεότης ἐπὶ τοῦ δρους τοῖς μαθηταῖς μικροῦ στερρότερα καὶ ὕψους. » Καὶ αὐθις πρὸς Κληδόνιον γράφων, « Ἦξει μὲν, φησὶν, ὡς ὁ ἐμὸς λόγος, τοιοῦτος δὲ οὗτος ὡφθη τοῖς μαθηταῖς ἡ παρεδείχθη, ὑπερνωκίωσης τὸ σαρκίον τῆς θεότητος. » Μακάριος δὲ ὁ Μέγας, ὡς ἐνὸν τὴν πνευματικὴν θεωρίαν ἐκκαλύπτων, καὶ περὶ τοῦ τῆς ἀποκαλύψεως διατραπῶν φωτός, « Ἐπειδὴ, φησὶ, πᾶς λογισμὸς διὰ φαντασίας αἰσθητῶν τιῶν εἰσέρχεται ἐν τῇ καρδίᾳ, τότε ἀυγάξει αὐτὴν τὸ μακάριον φῶς τῆς θεότητος, ὅταν πάντῃ εὐκαιρήσῃ ἀπὸ πάντων καὶ ἀσχημάτιστος ἐκ τούτων γέννηται, εἴπερ ἡ λαμπρῆ-

της ἐκέλην κατὰ στέρησιν πάντων τῶν νοημάτων παραφαίνεται τῷ καθαρῷ νοῦ. » Μητροζάνης δὲ ὁ θεῖος, πρὸς μέλος συντιθεὶς τοὺς λόγους, « Ὁ κατ' οὐσίαν ἀθεώρητος Λόγος, ἀνθρωπος ὡφθης, τὸν ἀνθρωπον ἀνακαλούμενος πρὸς μετουσίαν τῆς σῆς θεότητος. » Γρηγόριος δὲ ὁ Νύσσης τὰ τῶν Πνευματομάχων ἀνατρέπων, « Οὐ τὴν φύσιν, φησὶν, ἀλλὰ τὴν θεατικὴν δύναμιν τοῦ Πνεύματος ἢ τῆς θεότητος προσηγορία παρίστησι. Εἰ τι γὰρ λέγεται περὶ αὐτῆς, τῶν περὶ αὐτῆν τὴν ἀποσημαίνει. Αὐτὴ δὲ ἡ θεία φύσις ἀφραστῆς τε καὶ ἀνεκφρίντης· μένει, ὑπερβαίνουσα πᾶσαν τὴν διὰ τῆς φωνῆς σημασίαν. » Καὶ πάλιν ὁ αὐτὸς πρὸς Ἀδελφίον γράφων, « Θεὸς, φησὶν, ἐνεργοῦντα ὄντων, θεότης δὲ ἐνεργεῖαν· οὐδὲν δὲ τῶν τριῶν ἐνέργεια, ἀλλὰ μᾶλλον ἐνεργοῦν ἕκαστον αὐτῶν. » Ὁ δὲ μέγας Ἀθανάσιος κατὰ Μακκεδονίου γράφων, « Τὸ θεὸς εἶναι, φησὶ, δευτέρον ἐστὶ τῆς φύσεως καὶ ἡμεῖς γὰρ θεοὶ μὲν γινόμεθα, τῆς δὲ αὐτῆς φύσεως γενέσθαι οὐ δυνάμεθα. » Ὁ δὲ μέγας αὐθις Βασίλειος πρὸς τὸν λατρὸν Εὐστάθιον γράφων, φησὶν, « Οὐκ οἶδ' ὅπως ἐπὶ τῆς φύσεως ἐνδείξιν τὴν προσηγορίαν τῆς θεότητος φέρουσιν αἱ πάντα κατασκευάζοντες ἐξουσίας γὰρ τινος εἴτε ἐποπτικῆς εἴτε ἐνεργητικῆς ἐνδείξιν ἢ προσηγορία φέρει ἢ δὲ θεία φύσις ἐν πᾶσι τοῖς ἐπινοουμένοις ὀνόμασι καλὸ ἐστὶ, μένει ἀσφμαντος, ὡς ὁ ἡμέτερος λόγος. Δι' αὐτῶν γὰρ ἐνεργειῶν διαφορὰς ἐδιδάχθημεν, τοῦ δὲ ἐνεργοῦντος τὴν φύσιν οὐδὲν μᾶλλον διὰ τῆς τῶν ἐνεργειῶν κατανοήσεως ἐπιγνώνας δυνάμεθα. Ὅταν γὰρ ἀποδιδῷ τις λόγον ἕκαστου τούτων τῶν ὀνομάτων καὶ αὐτῆς τῆς φύσεως περὶ ἣν τὰ ὀνόματα, οὐ τὴν αὐτὸν ἀμφοτέρων ἀποδῶται λόγον. Ὅν δὲ ὁ λόγος ἕτερος τούτων καὶ ἡ φύσις διάφορος· Ὅλον ἄλλο μὲν ἐστὶν ἡ οὐσία, ἣς οὕτω λόγος μνηστικῆς ἐξευρέθη, ἑτέρα δὲ τῶν περὶ αὐτὴν ὀνομάτων ἡ σημασία, ἐξ ἐνεργείας τινὸς ἢ ἀξίας ὀνομαζόμενων. Τὸ μὲν οὖν ἐν ταῖς ἐνεργείαις μηδεμίαν εἶναι διαφορὰν τῶν προσώπων ἐκ τῆς τῶν ὀνομάτων κοινωνίας εὐρίσκομεν· τῆς δὲ κατὰ τὴν φύσιν παραλλαγῆς οὐδεμίαν καταλαμβάνομεν ἑναργῆ τὴν ἀποδειξίν, καθὼς ἐλρηται τῆς τῶν ἐνεργειῶν ταυτότητος, ἐδὲ κοινὸν τῆς φύσεως ὑποσημαινούσης. » Ὁ δὲ μέγας Διονύσιος τὴν θεϊὰν καὶ ἀρχισυνάγωγον εἰρήνην ἐξυμνῶν, « Αὐτοθεότητα, φησὶ, φησὶν ἀρχικῶς μὲν καὶ θεϊκῶς καὶ αἰτιατικῶς τὴν μίαν ὑπερουσίαν καὶ ὑπεράρχιον ἀρχὴν καὶ αἰτίαν μεθετικῶς δὲ τὴν ἐκδιδομένην ἐκ Θεοῦ τοῦ ἀμεθέκτου προνοητικὴν δύναμιν, τὴν αὐτοθέωσιν, ἣς τὰ ὄντα οἰκείω· ἑαυτοῖς μετέχοντά, ἐνθεὸς ἐστὶ τε καὶ λέγεται. » Τὴν δὲ τοῦ ὄντος θεωνυμίαν ἀναπτύσσων, « Οὐ γὰρ ἐκφράσαι, φησὶ, τὴν αὐτοπερουσίαν ἀγαθότητα τῆς αὐτοπερουσίας θεότητος ὁ λόγος ἐπαγγέλλεται, τὴν ὑπὲρ πᾶσαν οὐσαν ἀγαθότητα καὶ θεότητα, καὶ ἐν ἀποκρύφοις, ὡς τὰ λόγια φησὶν, ὑπεριδρυμένην, ἀλλὰ τὴν ἐκπεφασμένην ἀγαθοποιὸν πρόνοιαν ὑπεροχικῶς ἀγαθότητα, καὶ πάντων ἀγαθῶν αἰτίαν ὕμνεϊ. » Γράφων δὲ πρὸς Γάτιον, « Εἰ θεότητα, φησὶ, νοήσαις τὸ χρῆμα τοῦ θεοποιῶ ὄντος, τῆς οὕτω λεγομένης θεότητος, ὡς θεαρχίας καὶ ἀγαθαρχίας ὁ πάσης

illuminatio puræ menti affulgeat. »—Divus Metrophanes, qui versibus sermones composuit, dicit: « O Verbum essentia invisibile, homo apparuisti, ut hominem revocares ad divinitatis tuæ participationem. »—Gregorius Nyssenus, Spiritus sancti adversarios refellens: « Non naturam, ait, sed divinam Spiritus virtutem designat divinitatis nomen: quidquid enim de hac dicitur, ea quæ ad ipsam spectant significat, ipsa vero natura divina ineffabilis est et inenarrabilis, omnem excedens vocis expressionem. » Rursus idem ad Ablavium scribens: « Deus, inquit, agentem indicat, deitas vero virtutem: porro nullus trium est virtus, sed potius unusquisque eorum agens est. » —Magnus Athanasius contra Macedonium scribens dicit: « Esse Deum est secundaria naturæ proprietates: nam et nos dii efficiuntur, ejusdem vero esse naturæ non possumus. » —Magnus iterum Basilius, ad medicum Eustathium scribens: « Nescio, ait, quomodo ad designandam naturam nomen divinitatis adhibeant qui omnia struunt: potentiam enim sive speculativam sive practicam hoc nomen significat; divinam vero naturam, quæcunque excogitentur nomina, quid sit definire nequit sermo noster. Ipsarum enim operationum discrimen cognoscimus, agentis autem naturam ne per operationum quidem notitiam scire possumus. Nam cum quis rationem dat cujusque illorum nominum, et naturæ ipsius quam hæc nomina designant, non eandem utrorumque reddet rationem: porro quorum diversa est ratio, horum et natura discrepat, proindeque aliud est natura cujus nondum reperta est definitio interpretis, aliud significatio nominum eam ex operatione quadam vel dignitate designantium Ergo inter personas nullum reperitur operationum discrimen, cum hæc communibus designentur nominibus, nec ulla detegitur et indicatur naturæ differentia, cum, ut dictum est, operationum identitas unitatem naturæ significet. » —Magnus Dionysius divinam cœlestis hierarchiæ felicitatem celebrans: « Divinitas, ait, quatenus in Deo ut principio et causa consideratur, unum designat supersubstantiale et absque initio principium et causam; quatenus vero ut participata spectatur, incommunicabile Dei Providentiæ effluviium dicimus deitatem: cujus factæ, prout sibi convenit, participes creaturæ divinæ sunt ac dicuntur. » Alibi, divina explicans Entis nomina, dicit: « Neque enim sermo exprimere valet supersubstantialem supersubstantialis divinitatis bonitatem, quæ est supra omnem bonitatem ac divinitatem, et in abscondito, ut ait Scriptura, sedet; sed manifestatam eminentem beneficiæ Providentiæ bonitatem, quæ est omnium bonorum causa, celebrat. » Et scribens ad Caium, dicit: « Si per divinitatem intelligas deificam gratiam, divinitati sic spectatæ ut deitatis et bonitatis fonti præstat qui omne principium antecedit. » Idem adhuc de Deo disserens, postquam divinitatem dixit hanc divinitatem

quæ est omnino bonorum causa, ne ipse audientibus videatur putare banc causam esse per se subsistentem; non vero providam virtutem et effusionem supersubstantialis absconditaque naturæ, et sic plures hujusmodi præter unicam admittere essentias, subdit: « Haud plura principia, nec plures dico divinitates, superiores et inferiores, sed varia ex uno Deo bonorum effluvia. » Magnus Basilus ad Eustathium medicum scribens, ait sibi displicere qui Dei naturæ nomen divinitatis imposuerunt. « Attamen, inquit, sive natura divina dicatur divinitas, una erit trium natura, sive operatio divinitas vocetur, una erit trium operatio. » Magnus item Gregorius Theologus: « Uno lumine, ait, illuminati estis, ob unitatem naturæ seu divinitatis. » Et in secundo sermone de Filio ait: « Essentiæ nomina sunt potissimum Ens et Deus, et ex his præcipue Ens: nam Deus, Θεός a θέειν, currere, vel ab αθείν, urere, derivatur, ac proinde est nomen relativum, non absolutum. » Et illustris Maximus: « Unus est Deus, quia una est divinitas simplex, indivisa, inseparabilis, invisibilis et intelligibilis. » Et Sophronimus, qui patriarchalem nobilitavit Hierosolymorum cathedram: « Sicut unum Deum didicimus agnoscere, ita unam divinitatem confiteri edocti sumus. » — Nonne igitur unius Dei modo unam, modo non unam esse divinitatem a Patribus accepimus? Num tamen in eo situm est discrimen, quod aliqua sit increata, et aliqua creata? Quis enim eorum qui pii dicuntur, creatam asseret beneficam bonorumque omnium fontem Providentiam, interserens theologum Arsopagi Dionysium de hac loqui, haud vero de prorsus ineffabili supersubstantialique Dei natura; vel divinam potentiam, eo quod, juxta magnam Basilium, hæc, non vero Dei essentia nomine divinitatis significatur; vel speculativam Spiritus virtutem, cum hanc superet Spiritus natura quatenus ineffabilis est et supra omne nomen, ut divinus docuit Nyssa antistes Gregorius? Nonne igitur unam et altero modo non unam docemur divinitatem?

ὁπερὼνυμον ἢ τοῦ Πνεύματος φύσις, ὡς ὁ Νύσσης μίαν καὶ τρόπον ἕτερον οὐ μίαν τοῦ ἐνός διδασκόμεθα

Theot. Clarissime.

Theoph. Cur igitur non a Deo necessaria concedente querimus quomodo illa sit una et non una, et quomodo licet unus sit Spiritus sanctus, Isaias septem spiritus praveriderit requieturos super Domini humanitate, quos et Zacharias ab angelo edoctus septem Domini oculos vocat?

Theot. Excellentius quam nos, ne nobismet contradicamus, arbitramur Patres idipsum sensisse de hoc utilissimo piæ doctrinæ puncto. Dic igitur quomodo una et non una sit ejusdem Dei divinitas.

Theoph. Dico et hoc sicut ipsis Patrum scriptis demonstratur. Cum enim pro nomine ineffabilis essentiæ nomen divinitatis usurpatur, una est Dei

Ἀ ἀρχῆς υπεράρχιος ἐστὶν ἐπέκεινα. » Ἄλλ' αὐτὸς δ' αὐτὸς ἐστὶ περὶ τοῦ ὄντος θεολογῶν, « Ἐπειδὴ κερ, Ἐρη, θεότητα ὑπὲρ τὴν πάντων ἀγαθῶν αἰτίαν θεότητα ἴνα μὴ καὶ αὐτὸς δόξη τοῖς ἀκούουσι τὴν αἰτίαν ταύτην νομίζειν αὐθυπόστατον ὑπάρχειν, ἀλλὰ μὴ προνοητικὴν δύναμιν τε καὶ πρόθεον τῆς ἐν ἀποκρύφοις ὑπερουσιότητος καὶ οὕτω τοιαύτας οὐσίας εἶναι φάσκειν πλείους τῆς μιᾶς, « Οὐ πολλά, φησί, λέγω τὰ αἰτία, οὐδὲ πολλὰς θεότητας, ὑπερεχούσας καὶ ὑπερέχουσας, ἀλλ' ἐνός Θεοῦ τὰς ὅλας ἀγαθὰς προόδους. » Καὶ ὁ μέγας οὖν Βασίλειος τῷ Ιστροῦ ἐπιστελλῶν Εὐσταθίῳ, « Μὴ λίαν ἀποδέχεσθαι, φησί, τοὺς ἐπὶ τὴν τοῦ Θεοῦ φύσιν ἐκλαμβάνοντας τὸ τῆς θεότητος ὄνομα. Οὐ μὴν ἀλλ' εἴτε τῆς φύσιν τοῦ Θεοῦ φατὴ τις θεότητα, μίαν τῶν τριῶν ἢ φύσις, εἴτε τὴν ἐνέργειαν ὀνομάσει τις θεότητα, μία τῶν τριῶν προσώπων ἢ ἐνέργεια. » Καὶ Γρηγόριος πάλιν ὁ μέγας Θεολόγος, « Ἐνὶ φωνῇ, φησί, περιαστράφητε κατὰ τὴν τῆς οὐσίας λόγον, εἴπου θεότητα. » Καὶ ἐν τῷ περὶ Υἱοῦ δευτέρῳ λόγῳ, « Ὁ ὢν καὶ ὁ θεὸς μᾶλλον πῶς τῆς οὐσίας ὀνόματα καὶ τούτων μᾶλλον ὁ ὢν. Ἢ γὰρ τοῦ Θεοῦ κτλ ἀπὸ τοῦ θέειν ἢ αθείν ἡτυμολογῆται, ἀλλ' οὖν τῶν πρὸς τι λεγομένων ἐστὶ, καὶ οἷα ἄρετος. » Καὶ ὁ μέγας Μάξιμος, « Εἰς Θεός, ὅτι μία θεότης, ἀπλῆ καὶ ἀμερῆς καὶ ἀδιάρητος, ἀόρατος καὶ ἀπειρόνοτος. » Καὶ Σωφρόνιος δὲ τὴν Ἱεροσολύμων πατριαρχικὴν ὠραῖσας περιωπῆν, « Ὅσπερ ἓνα Θεὸν φρονεῖν ἐδιδάχθημεν, οὕτω καὶ μίαν θεότητα ὁμολογεῖν παρεῖληφαμεν. » Ἄρ' οὖν οὐ τοῦ αὐτοῦ Θεοῦ ποτὲ μίαν, ποτὲ δ' οὐ μίαν εἶναι πρὸς τῶν Πατέρων διδασκόμεθα θεότητα; Μὴ μέντοι κατὰ τὸ ἄκτιστον εἶναι τὴν διαφορὰν; Τίς γὰρ τῶν ἡρημένων εὐσεβεῖν κτιστὴν ἐρεῖ τὴν ἀγαθοποιὴν καὶ πάντων ἀγαθῶν αἰτίαν πρόνοιαν, προφάσει τοῦ περὶ ταύτης εἶναι φάνας τὸν λόγον, τὸν Ἄρειου πάγου θεοφάντορα Διονύσιον, ἀλλ' οὐχὶ περὶ τῆς ἀνεκφράστου πάντη καὶ θαλάς ὑπερουσιότητος, ἢ τὴν θείαν ἐξουσίαν ὅτι ταύτης ἐνδείξειν ἢ προσχηθῆσα φέρει τῆς θεότητος κατὰ τὸν μέγαν Βασίλειον, ἀλλ' οὐ τῆς τοῦ Θεοῦ οὐσίας· ἢ τὴν θεατικὴν δύναμιν τοῦ Πνεύματος, ἐπεὶ ταύτης ὑπερέχει κατὰ τὸ ἀφραστὸν τε καὶ θεῖος πρόεδρος ἠεολόγησε Γρηγόριος; Ἄρα οὖν θεότητα;

D Θεός. Σαφέστατα.

Θεοφ. Τί οὖν, οὐ τοῦ ἐπικρινούοντος ἀναγκαῖστα δεόμεθα πῶς μία καὶ οὐ μία, καὶ πῶς ἐνός ὄντος τοῦ θεοῦ Πνεύματος. ἐπεὶ πνεύματα προαῖδεν Ἡσαίας ἐπαναπαυσόμενα τῷ Δεσποτικῷ προσλήμματι, ἃ καὶ Ζαχαρίας ἐδιδάχθη παρ' ἀγγέλου ἐπὶ τοῦ Κυρίου ὀφθαλμοῦ; καλεῖν;

Θεός. Διαφερόντως, ἵνα μὴ αὐτοὶ ταυτοῖς ὑπενωτοῖσι ὤμεν, καὶ πρὸς ἡμῶν οἰόμεθα τοὺς Πατέρας τοῦτ' αὐτὸ πάσχειν ἐπὶ τοῦ καιρωτάτου τῆς κατ' εὐσέβειαν ὁμολογίας. Λέγε τοίνυν πῶς μία καὶ οὐ μία τοῦ αὐτοῦ Θεοῦ θεότης.

Θεοφ. Φημί δὴ καὶ τοῦτο, καθάπερ ὑπ' αὐτῶν τῶν πατρικῶν ἐκφαίνεται λογίων. Ὅταν γὰρ ὡς ἐπιωνυμίαν τῆς ὑπερῶνυμου οὐσίας τὸ τῆς θεότητος

ὄνομα προφέρωμεν, μία ἐστὶ τοῦ Θεοῦ θεότης, ἀπλή, ἀμερής, ἀδιαιρέτος, ἀπερινόητος· καὶ τοῦτ' ἔδειξεν ὁ εἰπών, « Ἐνὶ φωτὶ περιστράφητε κατὰ τὴν τῆς οὐσίας λόγον, ἔβrouν θεότητος. » Ἄλλὰ καὶ τῶν τριῶν προσώπων μία θεότης, χωρὶς τῶν προσωπικῶν ἰδιωμάτων, ἀπαρραλλάκτως, κατὰ τὰλλα πάντ' ἔχόντων. Ἦν γὰρ ἂν ὀνομάσῃ θεότητα, εἴτε τὴν δύναμιν καὶ τὴν ἐνέργειαν, εἴτε τὴν οὐσίαν, μία τῶν τριῶν ἐστίν, ὡς καὶ τοῦτο μικρὸν ἀνωτέρω τὸν μέγαν Βασίλειον ἐπὶ λέξω; προηγήκαμεν εἰπόντα καὶ τὸ ἄθροισμα πάντων τῶν τοιούτων συμπεριλαμβῶν θεότητα προσείποι τις, μία καὶ οὕτω τῶν τριῶν προσώπων ἢ θεότης, ἢ οὐσία δηλαδὴ, καὶ τὰ περὶ τῆν οὐσίαν θεωρούμενα καὶ θεολογούμενα, ὡς καὶ ὁ μέγας Ἀθανάσιος εἰς τὴν ἐπέτειον τοῦ θεοῦ εὐαγγελισμοῦ πανήγυριν κηρυκτικὸν λόγον συντιθεὶς, φησὶν. Ὅταν δὲ θεῖαν τινὰ δύναμιν ἢ ἐνέργειαν τοῦ Θεοῦ λέγωμεν θεότητα, πολλαὶ εἰσὶν ἐνέργειαι θεῖαι, ταύτην τὴν ἐπωνυμίαν κεκτημέναι καὶ γὰρ ἡ θεατικὴ καὶ ἡ καθαρτικὴ καὶ ἡ θεουργικὴ καὶ ἡ ἱερωτικὴ καὶ τὸ πανταχοῦ εἶναι καὶ τὸ μηδαμοῦ, ταυτὸν δ' εἰπεῖν τὸ ἀεικίνητον καὶ τὸ ἐν τῷ θαυμάσιῳ περιλάμπαν τοὺς τῶν μαθητῶν ἐκκρίτους φῶς, ὡς καὶ ταῦτα παρὰ τῶν ἁγίων μικρὸν ἀνωτέρω δεδιδάχμεθα τρανῶς, ἀλλὰ πρὸς τοῖς ἄλλοις; καὶ ὁ μέγας Βασίλειος ἀλλαχοῦ τε πολλαχοῦ παρίστησι τῶν λόγων ἔστι δ' ἐφ' ὧν καὶ τοῦτο λέγει· σαφῶς, ὡς τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἀπλοῦν τῇ οὐσίᾳ, ποικίλον ταῖς δυνάμεσι καὶ πάλιν· « Αἱ μὲν ἐνέργειαι τοῦ Θεοῦ ποικίλαι, ἡ δὲ οὐσία ἀπλή. » Τίνας λέγων ἐνεργείας; Ὅν καὶ αὐτὸς ἐμνημόνευσεν ἐκεῖ, τὴν πρόνοιαν, τὴν δύναμιν, τὴν ἀγαθότητα, τὸ προγνωστικόν, τὸ θεουργικόν, τὸ δημιουργικόν, τὸ ἀνταποδοτικόν καὶ τὰ τοιαῦτα, πρὸς ἃ βλέπων καὶ ὁ θεολόγος Γρηγόριος, τῶν ἐπὶ τὰ παρ' Ἡσαΐα μνησθεὶς πνευμάτων, « Τὰς γὰρ ἐνεργείας, φησὶ, τοῦ Πνεύματος πνεύματα φίλον τῷ Ἡσαΐα καλεῖν. » Καὶ ὁ Δαμασκηνὸς Θεοφόρος, « Λέγονται, φησὶ, πνεύματα καὶ αἱ δυνάμεις τοῦ Πνεύματος, οὐ μὴν ἀλλὰ πρὸς δυνῶν ἡμῖν ὁ λόγος μάλιστα, καὶ τῆς οὐσίας· εἰ καὶ μὴ κυριωδύμως καὶ τῆς ἐνεργείας. » Κυριῶς μέντοι ταύτη· ὀνομαζομένης τοῦ Θεοῦ θεότητος, νοητὴ ἐστὶ τοῦ αὐτοῦ καὶ ἀπερινόητος θεότης, μία οὐσα ὡς ἐνός Θεοῦ, ἵνα τῷ ληπτῶ μὲν ἕκκλη πρὸς ἑαυτὴν κατὰ τὸν θεολόγον Γρηγόριον, τῷ δὲ ἀλήπτῳ σαυμάσῃται. « Σοφίας γὰρ, φησὶ, καὶ δυνάμεως καὶ τέχνης, ἀλλ' οὐκ τῆς οὐσίας αὐτῆς ἰνδεικτικά ἐστι τὰ ποιήματα. » Καὶ οὐδὲ αὐτὴν πᾶσαν τοῦ δημιουργοῦ τὴν δύναμιν ἀναγκαίως παρίστησι σμείνον καὶ τὸν τῆς εὐσεβείας τούτου γνῶμονα;

Θεός. Κάλλιστα καὶ τελειώτατα, ὡς γέ μοι φαίνεται. Λείπεται δὲ σοι διὰ τοῦ τοιούτου τὸν Βαρλαάμ ἐκεῖνον ἀπελέγξει καὶ τὸν τῆς ἐκεῖνου κακοδοξίας μαθητὴν καὶ διάδοχον Ἀκίνδυνον.

Θεός. Βαρλαάμ οὗτος καὶ ὁ μετ' ἐκεῖνον ἄλλο; ἐκεῖνος ἡμῖν καὶ τῇ εὐσεβείᾳ γενέσθαι κινδυνεύσας οὐ τὸν Ἄρειον μόνον, ἀλλὰ καὶ τὸν ἐκ Λιβύης Σαβίλλιον ζηλώσαντες τοὺς ἁγίους καὶ πάντας τοὺς ὀρθοδόξους ἐστὶ μὲν ὡς μίαν, καὶ τοῦτο πολλαχῶς, ἔστι δ' ὡς οὐ μίαν καὶ μόνην τὴν οὐσίαν, ἀλλὰ καὶ

divinitas, simplex, indivisa, inseparabilis, incomprehensibilis; idque ostendit qui dixit: « Uno lumine illuminati estis, ob unitatem essentiae seu divinitatis. » Est etiam una divinitas trium personarum, quæ, exceptis personalibus attributis, cætera omnia habent consimillima. Sive enim virtutem et operationem, sive essentiam appelles divinitatem, una est trium, sicut paulo superius dicentem ad verbum induimus magnum Basilium; et si quis complexionem horum omnium dixerit divinitatem, sic etiam una est trium personarum divinitas, essentia videlicet: item de his quæ de essentia considerantur, ac docentur, ut ait magnus Athanasius pro anniversario evangelicæ prædicationis festo concionem habens. Cum vero quamdam Dei virtutem aut operationem dicimus divinitatem, plures sunt operationes divinæ hoc nomine gaudentes, nempe vis contemplandi, purgandi, miracula patranti, existendi ubique et nullibi, et, ut idem dicam, lux illa quæ semper movetur et quæ in monte Thabor discipulorum delectos illustravit: quemadmodum paulo ante didicimus a sanctis Patribus, inter quos præsertim magnus Basilius alibi et sæpe docet et in nonnullis clare dicit Spiritum sanctum, essentia simplicem, varium esse virtutibus; et iterum: operationes Dei esse varias, essentiam vero simplicem. Quasnam autem dicit operationes? Quas ipse ibidem memorat: providentiam, potentiam, bonitatem, præscientiam, potestatem miraculorum, facultatem creandi, remunerandi vim, et alia hujusmodi. Quæ considerans Gregorius Theologus, septem Isaïæ spirituum memor, ait: « Operationes enim Spiritus spiritus vocare Isaïæ placet. » Et Damascenus Theophorus: « Dicuntur, inquit, spiritus virtutes Spiritus, et imo (ad quod præcipue fermo tendit) essentia etiam improprie dicæ et operationis. » Cum autem hæc essentia proprie dicatur Dei divinitas, intelligibilis est et inintelligibilis ejusdem divinitas; ut qua est comprehensibilis ad se trahat, juxta Gregorium Theologum; qua vero incomprehensibilis, admirationem moveat, « Sapientiæ enim, ait, potentiæque et operationis, non autem ipsius essentia demonstrabilia sunt opera. » Nec ipsam totam creatoris virtutem necessario ostendunt, juxta magnum Basilium. Habesne igitur recte compositum piæ doctrinæ indicem?

κατὰ τὸν μέγαν Βασίλειον. Ἄρ' ἔχεις καλῶς ἐσκερα-

Theol. Optimum ac perfectissimum, ut mihi videtur. Unum tibi restat, ut ope hujus indicis Barlaam illum revincas ejusque erroris discipulum et assecclam Acyndinum.

Theoph. Iste Barlaam, et ille ipsius sectator periclitatus ne nobis religionique fieret non Arius tantum, sed et Lybicus Sabellius, invidentes omnibus sanctis et orthodoxis modo unam (et quidem sæpe) admittentibus divinitatem, modo non unam solamque essentiam, sed increatam quousque

hensibile et incomprehensibile, est prorsus inconueniens, et incohaerens, et remotissimum a vero, tanquam summe contradictorium, quia, juxta diuum Gregorium Nyssenum, ea sunt quaelibet de Deo dicta, ut, etiamsi differant significatione, nullam habeant cum nomine simul adhibito contradictionem. Qui sic loquitur, idem sub eodem respectu affirmans, suis ipse verbis Deo aduersatur, confundit in eo quæ sunt supra et quæ contra naturam, et suâ dicta alia aliis destruens, penitus abolet Dei existentiam et atheis sese aseribit. Itaque Gregorius cognomine Theologus dicit: « Deus non ex his quæ in eo sunt, sed ex his quæ eum circumstant, intelligitur. » Et magnus Dionysius: « Omnia participant providentiam ex creatrice omnium diuinitate manantem. » Item diuus Maximus: « Cogitans mens de Deo, primum ardentem cupit ea cognoscere quæ ad essentiam pertinent, non vero de ipsa essentia ratiocinari quærit: hoc enim impossibile est et supra vires cuiuslibet naturæ creatæ. De his tantum quæ illam circumstant ratiocinatur, scilicet de aternitate, immensitate, infinitate, bonitate, sapientia et facultate creandi providendique et iudicandi creaturas. » Ergo non solum illam diuinam supersubstantialiam, incomprehensibilem ineffabilemque et incommunicabilem naturam theologi, ut supra dictum est, essentiam vocant, sed etiam, licet improprie, diuinitatem, bonitatem, sapientiam et vitam, uno verbo quidquid diuinas processiones et operationes designant. Nam, inquirunt, non valet sermo exprimere supersubstantialiam essentiam vitamque et sapientiam supersubstantialis diuinitatis, quæ omnem bonitatem, essentiam, vitam ac sapientiam superat, et in abscondito supersedet; sed manifestatam benefaciendo providentiam, quæ est eminenter bonitas et omnium bonorum fons, celebrat, necnon essentiam vitamque et sapientiam, quæ essentia, vita et sapientia donat eos qui existentie, vitæ, intelligentiæ, locutionis et sensationis sunt participes. Ubi sunt qui negant increatis superiorem esse Dei essentiam? Ecce enim magnus Dionysius clare dicit hæc inferiores esse diuinitatem, bonorumque causam et simpliciter omnes processiones, quæ in seipsis non subsistunt, sed sunt operationes nobis communicatæ. Ipse enim Deus operatione omnibus communicatur. Increatas autem esse has processiones quas superat essentia Dei idem testatur paulo superius dicens, ut præfatum est, non tendere sermonem ad manifestandam supersubstantialiam essentiam, qua supersubstantialis est Deus, quippe quæ revelari nequit, sed ad celebrandum existentie in creaturas effluuium: hæc enim dicta de Deo bonitas ad res omnes extenditur et omnes superat; hæc vita ad omnia extenditur viventia, et omnibus his antecellit; hæc sapientia ad omnia extenditur intelligentia, rationaliaque et sensibilia, et omnia hæc supergreditur. Vides illas processiones esse creaturis superiores. Ipsæ tamen prædicari possunt, non vero ineffabilis et impenetrabilis essentia. Sed

eundem audi clare docentem hos superiores creaturis processus esse tamen Deo inferiores; dicit enim in duodecimo capite libri de divinis Nominibus: «Quanto præstant non existentibus creaturæ sanctæ, aut dominatrices, aut divinæ, aut regales, et quanto participata antecellunt participantibus; tanto supergreditur omnia participantia et participata incommunicabile principium.» Cum enim participata omnibus præsent participantibus, participantes autem sint ipsi angeli, ea quæ angelos ut participantes superant, creata non sunt, sed etiam hæc participata, ut audivisti, supersedet qui essentia incommunicabilis est. Iluc vero nunc tendit oratio. Cum ineffabilis Deus non essentia tantum dicatur, sed etiam divinitas, bonitas, sapientia, vita, omnia demum quæ communicabilia vocantur; si unquam de Deo auditis ejus essentiam esse bonitatem, et naturam esse sanctificationem (nec est alia apud eum sanctitas), et divinitatem non dividi, nec effundis, nec emitti, et alia quælibet his similia: ne putes unquamque operationum posse dici essentiam, sed scito hanc, licet nominari nequeat, ex illis per analogiam nuncupari quæ ipsi naturaliter insunt. Item si audias theologos dicentes innotescere nobis Dei nostri bonitatem et sapientiam, non vero essentiam, et nos quidem deos fieri, ejusdem vero effici naturæ non posse, et alia his similia: per bonitatem ac divinitatem ne intelligas incomprehensam inaccessamque omnino essentiam, quod ipsi clare negant, sed hujus divinam operationem, cujus intelligentiam et consortium nobis, pro ratione puritatis nostræ, distribuentis æquitas salutaris multimode ac varie dispertitur. Quare divus Maximus, ubi dixit: «Meo nos fecit Deus, ut efficiamur divinæ consortes naturæ ejusque æternitatis participes,» addit: «Per deificationem productam gratia, tanquam natura effectæ cum Deo unionis.» Itaque alibi identitatem naturæ cum Deo secundum essentiam negavit, secundum operationem vero et gratiam affirmavit. Bonitatem igitur ac deitatem, quæ variatur, dividitur, participatur, quæ, licet obscure, intelligitur, quæ proprio nuncupatur nomine, quomodo non supergreditur illa simplicissima, et indivisa, et omni nomine, communicatione, intellectu vel tactu superior bonitas ac divinitas? Recte igitur dixit Caio interroganti theologus idem Dionysius: «Non tantum eos qui sunt gratiæ dii, sed et ipsam potestatem supremam ac divinitatem, deificum scilicet donum et gratiam, supereminet qui omne præcedit principium Deus.» Quod si, juxta eundem, non participantium duntaxat, sed et participationum causa Deus est, nonne igitur major est his causatis, et ipse causa? Si autem oportet per nos velut per obscuram Dei imaginem demonstrare quæ diximus, nonne intellectus sapientia est intellectus? nonne his velut illa dividitur, discriminatur, procedit, ratiocinatur, varie unitur et participatur, versatur circa intelligibilia et inintelligibilia? Et quædam sibi assimilata, ita ut secundum operationem habeant

A ὑπὲρ πάντα ταῦτα ἐστίν. Ὁρᾷς τὰς μετοχὰς ταύτας; ὑπὲρ τὰ θντα εἰσας; Ταύτας γὰρ ὑμνήσαι ἐπηγεῖλατο, ἀλλ' οὐ τὴν ἀνέκφραστον τε καὶ ἀνέκφρατον φύσιν. Ἄλλ' αὐθις ἄκουσον τοῦ αὐτοῦ, καὶ τῶν ὑπὲρ τὰ θντα τούτων μετοχῶν ἐπέκεινα εἶναι τὸν Θεὸν φανερῶς; θεολογοῦντος. Φησὶ γὰρ ἐν δωδεκάτῳ κεφαλαίῳ τοῦ τῆς θεωνυμίας ὕμνου· «Καθ' ὅσον ὑπερέχουσι τῶν οὐκ ὄντων τὰ θντα ἅγια ἢ κύρια ἢ θεῖα ἢ βασιλικὰ, καὶ αὐτῶν μετεχόντων οἱ αὐτομετοχαί, κατὰ τοσοῦτον ὑπερίδρυνται πάντων τῶν μετεχόντων καὶ μετοχῶν ὁ ἀμέθεκτος αἰτίας.» Ἐπει γὰρ αἱ αὐτομετοχαὶ πάντων τῶν μετεχόντων ὑπερέχουσι, μετέχοντα δ' εἶσι καὶ οἱ ἄγγελοι, τὰ καὶ τῶν ἀγγέλων ὡς μετεχόντων ὑπερέχοντα κτιστὰ οὐκ ἐστίν, ἀλλὰ καὶ τῶν μετοχῶν τούτων, ὡς ἀκήκοας, ὁ κατ' οὐσίαν ἀμέθεκτος ὑπερανίδρυνται. Πρὸς δ' ὁ ἡμῖν ὁ λόγος νῦν. Ἐπειδὴ περ ἐκεῖνο τὸ ἀνώνυμον οὐκ οὐσία μόνον, ἀλλὰ καὶ θεότης καὶ ἀγαθότης; καὶ σοφία καὶ ζωὴ, καὶ πάνθ' ἀπλῶς, ὅποσα καὶ τὰ μεθεκτὰ κολεῖται, εἴποτε περὶ Θεοῦ ἀκούσεις ὡς οὐσίαν εἶναι τὴν ἀγαθότητα, καὶ φύσιν τὸν ἁγίασμα, καὶ οὐκ ἄλλῃ παρ' αὐτὸν ἡ ἀγιότης, καὶ ὡς ἡ θεότης οὐ μερίζεται, οὐδ' ἐκχεῖται, οὐδ' ἀποστέλλεται, καὶ τὰλλα ὅσα τούτοις παραπλήσια· μὴ τῶν ἐνεργειῶν ἐκάστην θεῖαν ὑπολάβῃς εἶναι λέγεσθαι οὐσίαν, ἀλλ' ἀπὸ τούτων ὁμωνύμως τὴν ὑπερίονυμον ἐκείνην ὀνομαζομένην ἴσθι, ἅτε φυσικῶς αὐτῇ προσόντων. Ὁπινηῖα δ' αὐθις λεγόντων τῶν θεολόγων τυγχάνεις ἀκροώμενος, ὡς τὴν ἀγαθότητα τοῦ Θεοῦ ἡμῶν εἶδέναι λέγομεν καὶ τὴν σοφίαν, ἀλλ' οὐ τὴν οὐσίαν, καὶ ὡς θεὸς μὲν γινώμεθα, τῆς δὲ αὐτῆς οὐσίας γε μέθεσθαι οὐ δυνατόμεθα, καὶ ὅσα τούτοις ἐμπερῆ, θεότητὰ τε καὶ ἀγαθότητα, μὴ τὴν ἀληπτον ἐκείνην καὶ ἀπρόσιτον παντάπασιν οὐσίαν ὑπολάμβανε, καὶ γὰρ αὐτοὶ τοῦτο σαφῶς ἀπαγορεύουσιν, ἀλλὰ τὴν ἐκείνης θεῖαν ἐνεργείαν, ἥς ἐν περινοίᾳ γινώμεθα καὶ μετουσίᾳ κατὰ λόγον τῆς ἑαυτοῦ καθάρσεως ἕκαστος, καθ' ὃν αὐτὴ πολυτρόπως σιωστικῆ δικαιοσύνης τοῦ μεταδιδόντος μερίζεται τε καὶ ποικιλλεται. Ταῦτ' ἄρα καὶ ὁ θεὸς Μάξιμος εἰπὼν, «Εἰς τοῦτο ἡμᾶς πεποιήκεν ὁ Θεός, ἵνα γινώμεθα θεῖα κοινωνοὶ φύσεως καὶ τῆς αὐτοῦ ἀδιδότῃς μέτοχοι.» ἐπήγαγε, «Κατὰ τὴν ἐκ χάριτος θέωσιν, ὡς ἐκ τῆς φύσεως τῆς πρὸς τὸν Θεὸν ἐκτελουμένης κοινωνίας.»

B Διὸ καὶ ἀλλαχού τὴν μὲν κατ' οὐσίαν πρὸς Θεὸν ταυτότητα τελείως ἀπηγόρευσε, τὴν δὲ κατ' ἐνεργείαν καὶ χάριν ἀνεκχέυε. Τῆς οὖν ἀγαθότητός τε καὶ θεότητος, τῆς ποικιλλομένης, τῆς μεριζομένης, τῆς μετεχομένης, τῆς καταλαμβανομένης εἰ καὶ ἀμυδρῶς, τῆς κυρίως ὀνομαζομένης, ἡ ἀπλουστάτη καὶ ἀμέριστος καὶ ὑπὲρ ἐπωνυμίαν πάσαν οὐσα, καὶ μέθεξιν καὶ νόησιν, καὶ παντοίαν ἐπαρῆν, ἀγαθότης καὶ θεότης, πῶς οὐκ ἂν ὑπερκειμένη εἴη; Καλῶς δρ' εἶπε πρὸς Γάϊον ἐρόμενον ὁ αὐτὸς θεοφάντωρ Διονύσιος, ὡς, «Οὐ μόνων τῶν χάριτι θεῶν, μικρὸν γὰρ ἂν εἴη τοῦτο, ἀλλὰ καὶ αὐτῆς τῆς θεαρχίας καὶ θεότητος, διπλασθῆ τῆς θεοποιου ὁμοειδῆ; καὶ χάριτος ὁ πάσης ἀρχῆς ὑπεράρχιος Θεός ὑπέρεκται.»

C Εἰ δὲ καὶ κατ' αὐτὸν αὐθις οὐ τῶν μετεχόντων μό-

νον, ἀλλὰ καὶ τῶν μετοχῶν αἴτιος; ὁ Θεός ἐστι, πῶς
οὐκ ἂν εἴη μίζων καὶ τῶνδε τῶν αἰτιατῶν, ὡς αἰ-
τιος; Εἰ δὲ δεῖ καὶ δεῖ ἡμῶν ὡς δεῖ ἑμυδρᾶς εἰκό-
νος τοῦ Θεοῦ τῶν εἰρημένων ἐμμανετέραν πορίσα-
σθαι παράστασιν, οὐχὶ νοῦς ἐστι καὶ ἡ τοῦ σοφία;
οὐχὶ κατ' αὐτὴν καὶ μερίζεται καὶ ποικίλλεται, καὶ
πρίζεται καὶ σοφίζει πολυτρόπως ἐνούμενος καὶ μετ
εχόμενος, ἐγγινόμενος τε νοσροῖς καὶ ἀνοήτοις; καὶ
τὰ μὲν ἑαυτῷ ἐξομοίων ὡς κατ' ἐνέργειαν νοῦν
ἔχειν τὸν αὐτὸν αὐτῷ, τῶν δ' αἰσθητῶν τε καὶ ἀλό-
γων ἔστιν ἃ μὴ προάγων ἐκ μὴ ὄντων, οὐ γὰρ πέ-
φυκε Θεός, μετασηματίζων δὲ καὶ τῆς δυνατῆς
ἐπιμελείας ἀξίων, ἐξομοίων δὴ ἥμισυ, καὶ γὰρ
ἀνεπίδεκτα φρονῶν. Κατ' οὐσίαν δὲ ἀμετάθετός ἐστι
πρὸς ὑπόστασιν ἑτέραν, ἀμέριστός τε καὶ ἀπλούς
καὶ τοῖς κοινωνοῦσιν ἀμιγής. Οὐκ ἀνώνυμος ἔ-
στιν ὁ ἡμέτερος νοῦς, οὐδ' ὑπερώνυμος, οὐδ' ἀπε-
ρινήτος τοῖς πᾶσιν, εἰ καὶ κατ' εἰκόνα τοῦ Θεοῦ
γενόμενος, ἐπεὶ μὴδ' ἀπαράλλακτός ἐστιν εἰκὼν, ἢ
μείντοι τοῦ Πατρὸς ἀπαράλλακτος εἰκὼν ὁ τοῦ Θεοῦ
μονογενῆς Υἱός. Ὁ δ' αὐτῶς καὶ τὸ Πνεῦμα τοῦ
Θεοῦ πάνθ' ὅσα ὁ Πατήρ οὐκοῦν καὶ τὰς αὐτὰς
ὁ παραλλάκτως ἔχει ἐνεργείας. Ἄλλ' οὐκ αὐτὸ, ὡς
ὁ τῶν κακοφρόνων τούτων λόγος, τοιαύτη ἐνεργεία
ἐστὶ, ἀλλὰ κατ' αὐτὰ; καὶ οὗτος ἀναλόγως ἐκάστη
τῶν ὄντων μετεχόμενος κατ' οὐσίαν ἀμέθετός ἐστιν.
Ἐἴ γὰρ ὁ ἀνθρώπινος νοῦς κατὰ τὸν θεηγόρον Νόσ-
στις φάναι Γρηγόριον διὰ πολλῶν ἐπιστημῶν τε καὶ
ἐπιτηδευμάτων καὶ ὀνομάτων τῶν περὶ αὐτὴν λεγο-
μένων οὐδὲν εἰς τὴν ἀπλοότητα παραδύλαπται. πῶς
ἂν τις οὐθεῖν τὸν Θεόν, εἰ σοφὸς καὶ δίκαιος καὶ
ἐγαθὸς; καὶ αἰθίος καὶ πάντα τὰ θεοπεπῆ καλεῖται
ὀνόματα, εἰ μὴ μία πᾶσι νομιθεῖ τοῖς ὀνόμασι,
ἢ πολυμερῆ γίνεσθαι ἢ ἐκ μετουσίαις τούτων τὴ τέ-
λειον αὐτῷ συναγεῖναι τῆς φύσεως; Ὁ αὐτὸς δὲ
καὶ μικρὸν ἔπειτα τοῦ λόγου προῶν, « Πάντα δὲ,
φῆσ', τὰ ὀνόματα, ὧν ἡ σημασία θεσπῶς τινός ἐστιν
ἐνδεικτικὴ καὶ ὑπάρξαις, οὐκ αὐτῆς τῆς θείας φύ-
σεως, ἀλλὰ τῶν περὶ αὐτὴν εὐσεβῶς νοουμένων τὴν
ἐνδειξίν ἔχει. » Πῶς ἄρα κοινωνήσαιμεν ἂν τοῖς κα-
κοτρόχοις τούτοις, κτιστὰ φρονοῦσι καὶ διδάσκουσι
πάντα τὰ περὶ Θεόν, καὶ τὰς ἀκρίτους καὶ θείας
ἐνεργείας οὐ κοινὰς εἶναι τοῖς τριῖν προσκυνητοῖς
προσώποις ὡς θεωρουμένας περὶ τὴν οὐσίαν, ἀλλὰ
τὴν Υἱὸν εἶναι καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον; Καίτοι τοῦ
αὐτοῦ Θεοῦ ὁμοῦ ἐν τῷ αὐτῷ πρὸς Εὐνόμιον δευ-
τέρῳ λόγῳ φάσκοντος, « Πᾶν ὁ τί πέρ ἐστι περὶ τὸν
Θεόν νοούμενον, τοῦτο πρὸ τῆς τοῦ κόσμου συστά-
σεως ἦν ἀλλ' ὀνομάζεσθαι τοῦτο φαμεν μετὰ τὸ
γενέσθαι τὸν ὀνομάζοντα. » Καὶ μὲν δὴ ὡς ὁ Υἱός τε
καὶ τὸ Πνεῦμα τοῦ Θεοῦ ὁμοῦ εἰς τὰ χάρις, καὶ
τοιαύτη ἐνεργεία κατ' οὐσίαν ἥμισυ ἐστὶ, δείκνυσιν
ὁ τὴν ἐκφαντορικὴν τῶν ὄλων ἑαυτῆς ἀγαθωτάτων
προνοίαν ἐπικαλούμενος Τριάδα, καὶ χρῆναι διδάσκων ἡμᾶς ταῖς ἐχθαῖς αὐτῆ προσάγεσθαι καὶ πη-
σιάζειν, ὡς ἐν τούτῳ μείσθαι τὰ πανάγαθα δῶρα τὰ περὶ αὐτὴν ἰδρυμένα. Τίς γὰρ ἂν τῶν νοῦν ἔχόν-
των οὐσίαν ἀμέθεκτον φαίη τοῦ Θεοῦ τὴν ἐκείνου πρόνοιαν, ἢ κτιστὴν, ὅτι μὴ οὐσία; Τίς δὲ τὰ περὶ
τῆν ὑπεράγαθον Τριάδα πανάγαθα δῶρα ἰδρυμένα τὸν Υἱὸν εἶναι δοξάσειε καὶ τὸ Πνεῦμα τοῦ Πατρὸς;
ἢ τί; ταῦτα τοῖς κτισμασιν ἐναριθμια ποιῆσαι, ὅτι τούτων ὁ Υἱός τε καὶ τὸ Πνεῦμα τοῦ Πατρὸς
ὑπέρεκται, καθὰ καὶ ὁ Πατήρ, ὡς ὑπὲρ πᾶν ὄνομα καὶ πᾶσαν μετοχὴν, καὶ ὡς ζῶν τε καὶ αἰετός τῶν
ὑπερφύων τούτων ὄντων;

Theot. Hoc igitur modo, o sapiens Theophanes, A faciem Dei etiam nunc a dignis videri declarat Divina Scriptura : « Angeli enim nostri vident faciem Patris nostri, qui in caelis est ». Eandem gratiam habuit Moyses; et nosmet illum ad faciem visurus promittitur; sed nunc est prorsus invisibilis omnibus et semper : « Nemo enim, » iterum dicit idem eidem Moysi Deus, « videbit faciem meam, et vi-
vet¹⁰. »

Theoph. Non dissonant istud : « Deum nemo vidit unquam¹¹; » et istud : « Mundi corde Deum vident¹². » ut unigenitus Dei Filius nobis revelavit. Nam ille ipse, invisibilis essentia, operatione et gratia visibilis est iis qui Deo similes facti sunt. Sed in eo visibile non est diversum ab invisibili, nec est creatum, ut Barlaam et Acindynus pessime opinantur. Sic enim ubique præsens, invisibilis, indivisus et nunquam ex unitate sua exiens Spiritus, infunditur, supervenit, immititur et inhabitat, non tamen omnibus, videturque et mensuratur ac dividitur, datur et accipitur. Ita Chrysostomus theologus, ut supra dictum est, Baptistam audiens de Domino nostro Jesu Christo dicentem : « Non ad mensuram accepit Spiritum¹³, » ait : « Spiritum hic dicit operationem; hæc est enim quæ dividitur. » Et Basilius, dicens ex operibus Deum agnosci : « Potentiæ, inquit, sapientiæ et industriæ argumenta sunt opera. » Sic dicit Deum cognosci secundum potentiam, haud vero secundum essentiam. Cæti vero dementes, ubi audiunt Deum Spiritumve sanctum manifestari, communicari, supervenire aut mentionem facere, vel creaturam hoc dicunt, vel Dei essentiam esse affirmant. Et eos qui non ipsorum instar blasphemare audent, quasi duos agnoscant Deos incusant. Non animadvertunt miserii apud eandem Matrem et Virginem mansisse Spiritum sanctum et Filium, sed hunc secundum personam, illum vero secundum solam operationem : ideoque Filius tantum, at non Spiritus sanctus homo factus est. Ac proinde, cum Deum dicimus aut Spiritum aut divinitatem, haud semper idem intelligimus; sed vel divinam essentiam, vel unam personarum sanctissimæ Trinitatis, vel communes earum operationes, modo universas, modo plures, modo unam duntaxat. Cum enim magnus Berysius divinitatem deiparam et fuitigeram dicit divinitatem, nonne intelligimus sic ab eo appellari solam Patris personam?

τῆς θεογόνου καὶ πηγῆς τῆς θεότητος, οὐ συνορῶμεν κτλ ὑπόστασιν;

Theot. Per ipsum igitur facilius quam ipsi attolunt supercilium deprimimus etiam Latinorum, quibus consentire videntur isti omnia ambiguitate permiscetas, vel potius in unum confundentes.

Theoph. Cum vero alibi rursus idem dicit : « Illa suprema beatitudo, quæ est natura divinitas, fons

θεός. Τοῦτον ἄρα τὴν τρόπον, ὡς σοφὸς Θεόφρανης, καὶ τὸ πρόσωπον τοῦ Θεοῦ νῦν μὲν ὁρᾶσθαι ὑπὸ τῶν ἀξίων διὰ τῆς ἐπιθέου καταγγέλλεται Γραφῆς, καὶ : « Οἱ ἄγγελοι γὰρ ἡμῶν βλέπουσι τὸ πρόσωπον τοῦ Πατρὸς ἡμῶν τοῦ ἐν τοῖς οὐρανοῖς, » ὡν καὶ Μωϋσῆς ἐντυχεῖν ἤξλωται καὶ ἡμεῖς δὲ τὴν πρὸς πρόσωπον ὁσίαν ἐν ἐπαγγελίαις ἔχομεν· νῦν δ' ἀθέλων ἐκίνητη τε καὶ πᾶσι καὶ ἀεί· « Οὐδεὶς γάρ, » φησὶν ἀβθίς· ὁ αὐτὸς τῷ αὐτῷ Μωϋσεὶ Θεός, « ὄψεται τὸ πρόσω-
πὸν μου, καὶ ζήσεται. »

θεοφ. Ἠκιστα γὰρ ἕτερον. « Καὶ γὰρ Θεὸν οὐδεὶς ἐώρακέ ποτε » καὶ « Οἱ καθαροὶ τῇ καρδίᾳ τὸν Θεὸν ὁρῶσιν, » ὡς ὁ μονογενὴς Υἱὸς τοῦ Θεοῦ ἐφανέρωσεν ἡμῖν, αὐτὸν ἔκείνον, ἀόρατον κατὰ τὴν οὐσίαν, ὁρατὸν καὶ μάλιστα τοῖς θεοσιδέσι γινόμενοι; κατ' ἐνέργειαν καὶ χάριν, ἀλλ' οὐκ ἄλλον ἀντ' αὐτοῦ, καὶ ταῦτα κτίσμα, ὡς Βαρλαάμ καὶ Ἀκινδύνος κακοδοξότατά φασιν. Οὕτω γὰρ καὶ τὸ πανταχοῦ παρὼν καὶ ἀόρατον καὶ ἀμερὲς καὶ τῆς ἑαυτοῦ ἐνότητος ἐγόμενον ἀνεκφοιτήτως Πνεῦμα ἐκχεῖται, καὶ ἐργάζεται, καὶ πέμπεται, καὶ ἐνοικίζεται, καὶ ταῦτ' οὐ πᾶσι, καὶ ὁρᾶται καὶ μετρίζεται, καὶ μερίζεται, λαμβανόμενον τε καὶ διδόμενον. Οὕτω γὰρ καὶ ὁ Χρυσόστομος θεολόγος, ὡς ἀνωτέρω ἐφημεν, τοῦ Βαπτιστοῦ λέγοντος ἀκηκῶς περὶ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ὡς « Οὐκ ἐκ μέτρου ἐλαβε τὸ Πνεῦμα. » Πνεῦμα, φησὶν, ἐν ταῦθα τὴν ἐνέργειαν λέγει, αὕτη γὰρ ἐστὶν ἡ μεριζομένη. Καὶ ὁ μέγας Βασίλειος λέγων ἐκ τῶν ποιημάτων τὸν Θεὸν γινώσκασθαι, « Δυνάμει, » φησὶ, καὶ σοφίᾳ καὶ τέχνῃ, ἀλλ' οὐχ' ἐτῆς οὐσίας αὐτῆς ἐνδεικτικὰ ἐστὶ τὰ ποιήματα. « Ὅστε τὸν Θεὸν ἐκεῖ γινωσκόμενον κατὰ τὴν δύναμιν φησιν, οὐ κατὰ τὴν οὐσίαν. Οἱ δὲ μικρογνώμονες οὗτοι, οὐ ἂν ἀκούσασθαι τὸν Θεὸν, ἢ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐπιφανόμενον ἢ μετεγόμενον ἢ ἐργόμενον καὶ μόνῃ ποιούμενον, ἢ κτίσμα τοῦτο λέγουσιν, ἢ τὴν οὐσίαν εἶναι διαθεβαιοῦνται τοῦ Θεοῦ. Καὶ τοῦς μὴ κατ' αὐτοὺς βλασφημεῖν ἀνεχομένους· διθεῖς περιπίπτειν λέγουσι, μηδ' ἐκεῖνο ἐπὶ νοῦν λαμβάνοντες, οἱ τάλανες, ὡς ἐπὶ τὴν μόνην Μητέρα καὶ Παρθένον καὶ αὐτὸ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον παραγέγονε καὶ ὁ Υἱός· ἀλλ' ὁ μὲν κατ' ὑπόστασιν, τὸ δὲ κατὰ μόνῃ τὴν ἐνέργειαν θεὸς καὶ ὁ Υἱός μόνος, ἀλλ' οὐχὶ καὶ τὸ Πνεῦμα ἐνθηθρώπησε. Καὶ ταῖνον δταν λέγωμεν Θεὸν ἢ Πνεῦμα ἢ θεότητα, οὐκ ἀεί νοοῦμεν τὸ αὐτὸ, τὴν θεῖαν οὐσίαν δηλαδὴ ἢ τινὰ τῶν τῆς ἁγίας Τριάδος ἰδίως ὑποστάσεων, ἢ τὴν κοινὴν ἐνέργειαν αὐτῶν, ἀλλ' ἐστὶ μὲν ὅτε πάντα, ἐστὶ δ' ὅτε πλεῖον, ἐστὶ δ' ὅτε τούτων ἓν. Ὅταν γὰρ ὁ μέγας Διονύσιος θεό-
τούτο, οὕτω μόνῃν προσαγορεύοντα τὴν πατρι-

θεός. Δι' αὐτοῦ μὲν οὖν καὶ τῶν Λατίνων ῥῆθον ἢ ἐκεῖνοι· ἀπρῶσι κατασπῶμεν τὴν ὄφρυν, οἷς εὐλαστικῶν ὁμοφρονεῖν οἱ διὰ τὴν ὁμονυμίαν οὗτοι τινὰ φύροντες, μᾶλλον δὲ συναλείφοντες εἰς ἓν.

θεοφ. Ὅτε δ' ἀλλοχοῦ πάλιν ὁ αὐτός φησιν, « Ἡ Θεορχική μακαρότης, ἢ φύσει θεότης, ἢ ἀρχὴ τῆς

¹⁰ Matth. xviii. 10. ¹¹ Exod. xxxiii. 20. ¹² Joan. i. 18. ¹³ Matth. v. 8. ¹⁴ Joan. iii. 34.

θεώσεως, ἐξ ἧ: τὸ Θεοῦσθαι τοῖς Θεουμένοις ἐστίν, » A ille deitatis unde divinitas influit his qui deifican-

tur, » nonne essentiam designat tribus personis communem ?

Θεός. Καὶ γὰρ ὁ Πατήρ δι' Υἱοῦ ἐν ἁγίῳ Πνεύματι θεοὶ τοῖς Θεουμένοις.

Theot. Et enim Pater per Filium in sancto Spiritu deificat eos qui deificantur.

Θεοφ. Ὅτε δὲ αὐτὴν τὴν θέωσιν ἀρχὴν εἶναι λέγει τοῖς Θεουμένοις τοῦ Θεοῦσθαι, καὶ θεότητα καλεῖ καὶ θεαρχίαν καὶ ἀγαθαρχίαν ὡς δωρεὰν θεοποιῶν, ἧ: καὶ ὑπερκεῖσθαι λέγει τὸν Θεόν, ὡς πάσης ἀρχῆς ὑπερίσχιον, οὐ τὴν θεωργῶν ἐνέργειαν καὶ χάριν ἐνομάζει θεότητα ;

Theoph. Cum autem ipsam deificationem dicit esse principium unde dii deificantur, eamque vocat divinitatem supremamque potentiam et honorum fontem, donum nempe deificum, cui præstare dicit Deum, tanquam omni principio superiorem, nonne deificam solummodo operationem et gratiam vocat divinitatem ?

Θεός. Πῶς γὰρ καὶ ὑπερκεῖμενος εἴη ταύτης ὁ ἐν τρισὶν ὑποστάσει προκινουόμενος Θεός, εἰ μὴ μόνη αὕτη εἴη ;

Theot. Quomodo enim hæc superemineret adoratus in tribus personis Deus, si non hæc tantummodo esset ?

Θεοφ. Κάκεινο μέντοι δεῖ προσδιανοήσασθαι ἐν- B
τιῦθα.

Theoph. Id etiam hic intelligendum est.

Θεός. Τὸ πῶς ;

Theot. Quidnam ?

Θεοφ. Ὡς εἰ καὶ μὴθ' ὑπέσταται, μὴτ' οὐσία θεία ἢ θεότης αὕτη πέφυκεν ἀλλ' οὐδὲν ἦττον ἀκτιστός ἐστι καὶ ἀίδιος, ὡς δύναμις θεοπρεπῆς περὶ τὴν θεῖν οὐσα καὶ πρὸ τῆς τοῦ κόσμου συστάσεως. Ἐπειδὴ καὶ αἰτία καὶ ἀρχὴ ἐστὶ τῶν Θεουμένων πάντων, ὑπ' αὐτῆς βελτιουμένων δῆπουθεν, ὡς ὑπὲρ φύσιν γινόμενων, ἡ δὲ ἀρχὴ καὶ τὸ αἷτιον τῶν ἐξ αὐτῆς οὕτω διέστηκεν ἐπὶ τὸ κρεῖττον ἀναγκαίως, καὶ τὸ βελτιοῦν τῶν βελτιουμένων βέλτιον, καὶ τὸ ὑπὲρ φύσιν ἕτερα ποιοῦν αὐτὸ καθ' αὐτὸ ὑπερφύετ, Θεοῦνται δὲ καὶ ἄγγελοι τὸ καὶ τῶν ἀγγέλων κρεῖττον, καὶ ὑπὲρ τὴν φύσιν ὧν αὐτῶν καθ' αὐτὸ ὑπερφύετ ὑπάρχον, πῶς ἂν εἴη κτίσμα ;

Theoph. Nempe si hæc divinitas, neque persona, neque essentia divina est, et nihilominus est increata et æterna, cum sit potentia divina in Deo ante mundi constitutionem existens, quippe quæ fons est et causa omnium quæ deificavit, seu meliora effecit, utpote supra naturam elevata ; si aliunde causa est necessario alia et melior quam effectus, et meliorans meliorato melius, et quod alia supra naturam elevat, est ipsum per se supernaturale : cum ipsi deificentur angeli, quod angelis est melius eorumque naturam excedit et est per se supernaturalis, quomodo esset creatura ?

Θεός. Καὶ αὐτός γε μὴν οὕτως ἔχω περὶ τοῦτου. Πῶς γὰρ ἂν τι τῶν κτιστῶν καὶ θεαρχία καὶ ἀγαθαρχία καὶ θεοποιός κληθεῖη δωρεά ; Μίμησιν μέντοι καὶ θεομιμησίαν τὴν θεῖαν Ἐλλαμψιν ὁ μέγας οὕτος εἶπλε καλεῖν, ὡς ἑξομοιοῦσαν πρὸς Θεόν, καὶ μὲν δὴ καὶ σχέσιν, ὡς ἑνωσίν τε καὶ σύνδεσμον ὑπερφύετ, Θεοῦ καὶ τῶν εἰς ἔχόντων λογικῶν.

Theot. Idipsum ego de his sentio. Quomodo enim quid creatum diceretur fons divinitatis bonorumque origo et deificæ gratia ? Imo divinam illuminationem magnus ille Pater vocare solet imitationem et assimilationem Dei, utpote similes Deo efficientem, et etiam habitum divinum, tanquam unionem et conjunctionem Dei cum creaturis rationalibus beatificatis.

Θεοφ. Ἀλλὰ γὰρ ὅτε πάλιν οὗτος, θεότητα, φησὶ, φαμὲν ἀρχικῶς μὲν καὶ θεϊκῶς καὶ αἰτιατικῶς τὴν μίαν ὑπερούσιον ἀρχὴν καὶ αἷτιαν, μεθεκτικῶς δὲ τὴν ἐκ Θεοῦ τοῦ ἀμεθέκτου προιοῦσαν δύναμιν τὴν αὐτοθέωσιν, » ἄρ' οὐκ ἀμφω, τὴν τε θεῖαν φύσιν καὶ τὴν ἐνέργειαν, ὁμοίως δῆλός ἐστι καλῶν ; Καὶ μὴ οὐδ' ἂν καινόν τι δοῦναι τῷ ἐπιστήσαντι καλῶς. Ὅτε γὰρ ἐλέγομεν ὡς τὴν πρῶην ὁμιλίαν διεκπνεύσαι πρῆξας τῆς ψυχῆς ἀμελέτητον ἀφαις, τίνα ποτ' ἐλέγομεν ψυχὴν, οὐχὶ τὴν μνήμην ; Αὕτη γὰρ ἡ μὴ τὸ σκέμμα παρακατασχοῦσα μόνιμον, εἰ διαφύγη. Προτρεπόμενοι δὲ φοβέσθαι μᾶλλον τὸν καὶ ψυχὴν καὶ σῶμα δυνάμενον ἀπολέσει ἐν γεένῃ, τί ποτὲ φαμεν ψυχὴν, οὐκ αὐτὴν τὴν οὐσίαν τῆς ψυχῆς ;

Theoph. Præterea, cum idem iterum dicit : « Divinitas, quatenus in Deo ut principio et causa consideratur, unum designat supersubstantiale et absque initio principium et causam ; quatenus vero ut participata spectatur, incommunicabilis Dei Providentiæ effluviū dicimus divinitatem, » nonne ambo, divinam nempe naturam et operationem, eodem evidenter vocat nomine ? Et certe nil novum videretur bene scienti. Quando enim a nobis dicebaris pridianum colloquium defectu meditationis ex anima effluisse, de qua loquebamur anima, nisi de memoria ? Hæc enim cogitationem acquiri retinere fixam, si effugiat. Cum vero exhortamur ad potius timendum enim qui potest et animam et corpus perdere in gehennam, quid animam dicimus, nonne ipsam animæ essentiam ?

Θεός. Ταῦθ' οὕτω ; ἐκλήπτειν καὶ ἀποδοτέον, οὐκ ἐκ τοῦ ἀκόλουθου μό.ον, ἀλλὰ καὶ διὰ τῆς πνευματοκινήτου τῶν θεολόγων δυνάμεως ἀπρὸς κινῶσιν. Ἀλλ' ἐπειδὴ περὶ ἡ οὐσιωτικῆς δυνάμεις φυσικῆς ἐστίν

Theot. Hæc ita interpretanda et exponenda esso non ratio tantum, sed et auctoritas theologorum Spiritu afflatorum demonstrat. Sed cum potentia creatrix sit naturalis Dei operatio (nam Deus na-

tura vim habet creandi), illius autem participatione sint quæcumque facta sunt, ergo omnia participant naturales Dei potentias/et operationes?

Theoph. Revera non solum creatricem Deo potentiam, sed et ipsius providentiam omnia participant. *Profecto.*

Theot. Quomodo etenim sine hac permanent?

Theoph. Hæc igitur providentia est naturalis et essentialis operatio Dei. Dicit enim magnus Athanasius: « Non alia et alia providentia Pater et Filius agit, sed una et eadem divinitatis operatione. » Participant igitur omnia creatricem ac providam Dei potentiam, sed sicuti domus intelligentiam architecti et domini providentiam, si quidem duratura sit. Rationales autem creaturæ ratione vident ex creaturis insitam naturæ Creatoris bonitatem et potentiam, soli vero sancti proprie vident et participant, Spiritus communicatione similes Deo facti, divinaque virtute lumen Dei videntes et percipientes, ac supernaturali repleti splendore, atque ipsi hac claritate ineffabiliter fulgidi apparentes. Nam Spiritus sanctus, ut magnus ait Basillus, concia replet sua virtute, solis vero dignis communicatur; et non capitur mundo, sed a sanctis tantum per cordis munditiam videtur; et omnibus adest, sed cupiditatum experibus suam manifestat virtutem, minime vero iis quorum cor peccati foeditate sordet. Ut enim vultus effigies non in omnibus exprimitur materiis, sed iis tantum quæ aliqua levitate præditæ sunt ac pelluciditatis, sic non in omnibus animis Spiritus sancti operatio, sed in iis tantum quæ nihil obliqui habent vel asperi. Vides igitur Spiritum sanctum omnibus adesse quidem essentia, vel si vis, virtute et operatione, communicari autem et manifestari essentia nemini, operatione vero solis pravæ cupiditatum sorde purgatis.

ei dè βούλει καὶ κατὰ δυνάμιν τε καὶ ἐνέργειαν, οὐδενί, κατὰ δὲ τὴν ἐνέργειαν μόνοις τοῖς τὸν ἀπὸ

Theot. Vere fallacibus sese irretiant argutiolis quicunque vobis contradicere satagunt. Cum enim ambo in sacrorum scriptorum libris clare affirmantur, ipsi nunc alterutrum duntaxat velut solum dictum propugnant, nunc invehuntur contra alterum, quasi non utrumque distincte diceretur. Et sic iidem idem astruunt ac destruunt: cum enim communicari omnibus supersubstantiali essentiam contendant, necessario increatum communicari cunctis participantibus fatentur; cum autem creatam dicunt gratiam, increatum ne ipsis quidem cælitibus communicari agnoscunt.

Theoph. Oppositionem, o amice, quærunto quoad nomen, haud quoad rem nomine significatam. At si ad significatum advertant mentem, non species duntaxat significatorum dividerunt, sed eo pervenerunt ut discernerent rem ipsam de qua est quæstio. In his igitur sibimet inviti contradicunt, eorumque cogitationes et sermones velut in alca circumvol-

ἐνέργεια Θεοῦ, φύσει γὰρ ἐστὶ δημιουργικὸν τὸ θεῖον, τῇ δὲ ταύτης μετοχῇ πάνθ' ὅσα γέγονεν ἐστίν, πάντα μετέχει τῶν φυσικῶν τοῦ Θεοῦ δυνάμεων τε καὶ ἐνεργειῶν;

Θεοφ. Καὶ γὰρ οὐ μόνος τῆς δημιουργικῆς ἐνεργείας τοῦ Θεοῦ, ἀλλὰ καὶ τῆς αὐτοῦ προνοίας ἀπαντα μετέχει. Ἡ γὰρ;

Θεότ. Πῶς γὰρ ἂν καὶ συνίσταντο χωρὶς αὐτῆς;

Θεοφ. Ἡ τοίνυν πρόνοια φυσικὴ ἐστὶ καὶ οὐσιώδης ἐνέργεια Θεοῦ. Φησὶ γὰρ ὁ μέγας Ἀθανάσιος, « Οὐ κατὰ ἄλλην καὶ ἄλλην πρόνοιαν ὁ Πατὴρ καὶ ὁ Υἱὸς ἐργάζεται, ἀλλὰ κατὰ μίαν καὶ τὴν αὐτὴν οὐσιώδη τῆς θεότητος ἐνέργειαν. » Μετέχουσι οὐκοῦν πάντα τῆς δημιουργικῆς τε καὶ προνοητικῆς τοῦ Θεοῦ δυνάμει, ἀλλ' ὡς ἡ οἰκία τῆς τοῦ οἰκοδόμου διανοίας, καὶ τῆς τοῦ οἰκοδομοῦ δυνατῆς προνοίας, εἰ ἄρα μέλλει συνεστάναι. Τὶ δὲ λογικὰ καὶ ὁρώσι· ἐκ τῶν κτισμάτων, λογισμῶ μείντοι, τὴν τῷ κτίστῃ φύσει προσούσαν ἀγαθότητα καὶ δύναμιν. Μόνος δὲ καὶ μετέχουσι καὶ ἑρῶσιν ἐὶ ἅγιοι κυρίως, διὰ τῆς τοῦ Πνεύματος μεθίξεως θεοειδαῖς γενοῦστας, καὶ θεοειδεὶ δυνάμει λαμπρότητα Θεοῦ ἰδόντες καὶ παθόντες; καὶ ὑπερφουοῦς ἀγλαίας πληρωθέντες, καὶ αὐτοὶ ἐ' αὐτῆς ἀπορόρητος αἰγλίζοντες ἀναφανέντες. Τὸ γὰρ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, κατὰ τὴν μέγαν φάνα· Βασίλειον, πάντα μὲν πληροὶ τῇ δυνάμει, μόνοις δὲ ἐστὶ μεθεκτὴν τοῖς ἁγίοις καὶ ὀχώρητον μὲν τῷ κόσμῳ, τοῖς ἁγίοις δὲ μόνοις διὰ καθαρότητα καρδίας θεωρητὸν καὶ πᾶσι μὲν πάρεστιν, ἀλλὰ τοῖς μὲν καθαρεύουσι τῶν παθῶν τὴν ἰδίαν ἐμφάνει δύναμιν, τοῖς δὲ τὸ ἡγέμονικὸν συγκεχυμένον ἔχουσι ἀπὸ τῶν τῆς ἁμαρτίας στίλων οὐκέτι. Ὅσπερ γὰρ αἱ τῶν προσώπων ἐμφάσεις οὐκ ἐν κίσεισι ταῖς ὕλαις γίνονται, ἀλλ' ἐν ταῖς λεϊότητά τινα καὶ διαφάνειαν κεκτημέναις οὕτως οὐκ ἐν πάσαις ταῖς ψυχαῖς ἡ τοῦ Πνεύματος ἐνέργεια, ἀλλ' ἐν ταῖς μηδὲν σχολίων ἐχούσαις μηδὲ στραγγαλιωδῆς. Ὅσῳ ὡς πᾶσι μὲν πάρεστι τὸ ἅγιον Πνεῦμα κατ' οὐσίαν, μετέχεται δὲ καὶ ἐπιφανεται κατὰ μὲν τὴν οὐσίαν τῶν ποιητῶν παθῶν ἀποθεμένοις σπλον.

Θεότ. Ὅπως σφῶς αὐτοὺς περὶ φρουρῶνται τε καὶ κατασοφίζονται πάντες οἱ ἀντιλέγειν στεύδοτες ὑμῖν. Ἀμφοτέρων γὰρ ἐν ταῖς ἀγιογράφους δέλοις σαφῶς ὑπαγορευομένων, αὐτοὶ νῦν μὲν τοῦ ἐνὸς ὡς αὐτοῦ μόνου εἰρημένου διθεῖν ὑπεραγωνίζονται, νῦν δὲ χωροῦσι κατὰ τοῦ ἑτέρου, ὡς μὴ εἰρημένου καὶ οὐδ' ἑκατέρου ὠρισμένως· ὡς εἶναι τοὺς αὐτοὺς τὸ αὐτὸ κατασκευάζοντας καὶ ἀναιρουντας. Ὅτε μὲν γὰρ μεθεκτὴν ἅπασιν τὴν ὑπερουσιότητα ἐκαίην λέγουσιν, ἐξ ἀνάγκης ἀκρίστου διδοῦσαι μετέχειν πάντας τοὺς μετέχοντας ὅτε δὲ κτιστὴν τὴν χάριν, οὐκ ἀκρίστου οὐδ' αὐτοὺς ἐκείνους τοὺς ὑπερκοσμίους.

Θεοφ. Τὴν κατὰ τὸ ὄνομα μόνον ἀντίθεσιν, ὡ βέλτιστε, ζητοῦσιν, οὐ τὴν κατὰ τὸ ὑπὸ τοῦ ὀνόματος δηλούμενον. Εἰ δὲ που καὶ πρὸς τὸ σημαίνόμενον ἐπιστρέψουσι τὸν νοῦν, οὐ τὰ εἶδη τῶν σημαينوμένων διαροῦσιν, ὡς ἀπολαθόντες ἀκριθῶς ἐφίκοντο, οὐ ἕνεκα ἡ ζήτησις. Ταῦτ' ἄρα καὶ αὐτοὶ ἑαυτοῖς οὐχ ἔκοντες εἶναι περιπίπτουσι, καθάπερ ἐν κυβερῆ τῆς

διανοίας σφ'τι καὶ τῶν λόγων κυλιδουμένων τε καὶ Α μεταρρίπτουμένων καὶ ἀεὶ παραφαινότων ἑτεροῖα. Τοῦτο δὲ μοι δοκοῦσι καὶ αὐτοὶ συνιδόντες οἱ τὰ τοῦ Ἰσραὴλ ἐπεκδικῶντες σαφῆ προτιθέειν τὰ ὑπ' αὐτῶν καὶ διὰ γραμμάτων κρατυνόμενα, μηκέτ' ἔπειτα τολμᾶν. Οὐ γὰρ ἂν ὑπολογίσαιτο τὴν συνοδὴν ἀπόφασιν, ἢ μὴ τοῖς γράφοις μόνον, ἀλλὰ καὶ τοῖς λέγουσιν ἐπήρηται, καὶ τούτων ἀμφοτέροις, αὐτοῖς τοῖς κινουσι καὶ κτηγοροῦσιν, ἀλλ' οὐχ ἦν τοῖς ἀναγκαίως πρὸς ἀπολογίαν ἐρχομένοις.

Θεός. Ἄλλ' ἐπειδὴ σὺ, Θεόφανες, δικαίως καὶ καλῶς ἀπολογούμενος τῇ τῆς οὐσίας ἄνομα διείλες, μᾶλλον δὲ ἀπίδειξας διττῶς παρὰ τῆς Γραφῆς ἐκλαμβάνομενον, νῦν μὲν ἐπὶ τῆς ἀμεθέκτου ὑπερουσιότητος ἐκείνης, νῦν δ' ἐπὶ τῶν φυσικῶν τε καὶ οὐσιωδῶν, ἃ ἴσται τοῖς ἁγίοις μόνοις κυρίως μεθεκτά, κατ' αὐτὰ γὰρ Θεοῦ καὶ ἀνθρώπων ἕνωσις τελεῖται· ἄρ' ἔχεις αὐτοὺς τοὺς ἁγίους συμμαρτυροῦντάς σοι τῷ λόγῳ δεῖξαι, ὡς αὐτῶν τῶν φυσικῶν τοῦ Θεοῦ μεταλαγχάνουσι καὶ δι' αὐτῶν αὐτὴν ὁρῶσιν, ἀλλ' οὐκ ἀπὸ τῶν κεισμάτων μόνον, ὡς ἡμεῖς ;

Θεός. Καὶ τίς ἂν τοῦτ' εἰπεῖν ἐτόλμησε μὴ τῶν περὶ μαθόντων ἐξεπόντων ; Ὁ γὰρ περὶ μαθῶν, οὗτος οἶδε μόνος τὰς ἐνεργείας τοῦ Πνεύματος.

Θεός. Τίς οὖν ὁ ἐξεπών ;

Θεός. Ἄπαντες οὐ λόγοις μόνον, ἀλλὰ καὶ αὐτοῖς τοῖς πράγμασι καὶ θαύμασι, ὅσοι μένει τῶν ἐνθόνδε μεταστάντων, διὰ τῶν ἐξηνηγεμένων σφίσι ἐνθέων συγγραμμάτων ἔτι σύνεισιν ἡμῖν, οὐδὲ μέχρι νῦν ἀνήκαν, οὐδ' ἀνήσουσιν ἀπαγγέλλοντες τρανῶς. C

Θεός. Τρεῖς ἔμοιγε πρὸς βεβαίωσιν ἀποχρησοῦσι, Θεόφανες· ἐπιδείξινυ τοῖνον μὴδὲν ἀναβαλλόμενος.

Θεός. Δείκνυμι δὴ. Καὶ γὰρ ὁ ἐκ Δαμασκοῦ οὐεὶος Ἰωάννης τὸ λάμψαν ἐπ' ἕρου ἀπὸ τοῦ Σωτήρος φῶς, ὃ ἰδόντες Πέτρος καὶ οἱ τῆς βροντῆς υἱοὶ τὰ προοίμια τῆς μελλούσης αὐτοῦ παρουσίας, κατὰ τὴν μέγαν Βασιλείον, ὀφθαλμοῖς λαθεῖν κατηξιώθησαν, οὗ πλήρεις ἔσονται κατὰ τὴν μέγαν Διονύσιον πάντες οἱ Χριστοειδεῖς, καθ' ὃ καὶ λάμψουσιν ὡς ὁ ἥλιος, κατὰ τὴν μέγαν αὐθις Βασιλείον, ὃς κἀν τῷ παρόντι ψυχῶν ἁγίων φωτισμὸν προσείρηκεν αὐτό. τοῦτο τοῖνον φυσικὴν ἀκτίνα τῆς θεότητος ὃ ἐκ Δαμασκοῦ οὐεὶος Ἰωάννης εἶπεν· ὃ δὲ μελιπδὸς Κοσμάς οὐσιωδῆ τοῦ Λόγου τοῦ Θεοῦ εὐπρέπειαν· κατὰ φύσιν δὲ τοῦτο ἔχειν τὸν Θεὸν ὃ μέγας Ἀθανάσιος· « Ἀνελθὼν γὰρ, φησὶν, ὃ Κύριος εἰς τὸν οὐρανὸν ἤξει ἐν δόξῃ φυσικῇ καὶ οὐκ ἐν χάριτι, ἐν τῇ ἑαυτοῦ θεότητι, ἐκλάμπων ἐκ τοῦ ἐκ Μαρίας σώματος αὐτοῦ τοῦ ἁγίου τὴν δόξαν τὴν ἀπόβροτον, ὡς καὶ ἐπὶ τοῦ ἕρου ἐδειξεν ἀπὸ μέρους. » Ἐχεις ὁπόσους ἀποχρήσειν εἰς παράστασιν ἐνόμισας. Ἡμεῖς δ' ἐπιδαψιλευσάμενοι τοὺς τῆς ἀληθείας αὐξήσομέν σοι μάρτυρας. Φησὶ γὰρ ὁ οὐεὶος Μάξιμος· « Πάντα ἕσα ὃ θεός καὶ ὁ διὰ τῆς χάριτος τεθεωμένος ἔσται χωρὶς τῆς κατ' οὐσίαν ταυτέτητος. » Καὶ ἀλλαχοῦ πάλιν· « Ἐτοιμοὺς ὁ Λόγος δι' ἐλπίδος καθίστησι τῇ παραδοχῇ τῆς τῶν ἀγαθῶν ἀρχετυπίας ψυχωθῆναι, καὶ γινέσθαι ζώας εἰκόνας Χριστοῦ, καὶ ταυτὴν αὐτῷ

vuntur, jaclantur passim, et semper diversam cursum ostendunt faciem. Mibi autem videtur eos qui Barlaam defendunt, id jam non ausuros, quia clare divulgata vident quæ voce et scriptis stabiliunt : nam parvipenderent synodi decretum, quæ non scribentibus tantum, sed etiam dicentibus impedit, et horum utrisque, nempe promoventibus et accusantibus, non vero nobis, quos necessitas ad defensionem cogit.

Theot. Sed quia tu, Theophanes, te juste et bene defendens, essentia nomen distinxisti, vel potius ostendisti duplici sensu accipi in Scriptura, nunc pro incommunicabili supersubstantialique natura, nunc pro naturalibus et essentialibus, quæ sunt solis sanctis proprie communicabilia, per hæc enim fit Dei et hominum unio : potesne demonstrare ipsos sanctos tecum verbo testari ipsa Dei naturalia sibi communicari, eumque per hæc a se videri, non vero per creaturas, sicut a nobis videtur ?

Theoph. Et quis hoc dicere auderet quod non revelarunt qui experientia sciunt ? Qui enim experientia didicit, hæc solus novit operationes Spiritus.

Theot. Quis igitur revelavit ?

Theoph. Omnes qui ex his terris transierunt ; qui per sua scripta divinitus edita nobiscum adhuc conversantur, illi non sermonibus tantum sed et actionibus et miraculis neque hactenus desierunt, neque unquam desinent id clare nobis manifestare.

Theot. Tres mihi ad probationem sufficient, Theophanes : demonstra igitur sine ulla mora.

Theoph. Demonstro. Divus Joannes Damascenus, quod in monte refulsit a Salvatore lumen, quod videntes Petrus et tonitru filii primitias future ipsius visionis, juxta magnum Basilium, oculis percipere meruerunt, quo erunt repleti, juxta magnum Dionysium, quicumque similes erunt Christo, et quo fulgebunt sicut sol, juxta magnum eundem Basilium, juxta quem adhuc est etiam in presenti vita sanctarum illuminatio animarum : illud, inquam, naturalem esse divinitatis radium dixit divus Joannes Damascenus. Et poeta Cosmas id vocat essentialem Verbi Dei splendorem. Et in natura istud habet Deus, ut ait magnus Athanasius : « Nam, inquit, qui ascendit in cælum Dominus, venit in gloria naturali et non in gratia, nempe in sua divinitate, coruscans ex corpore suo a Maria sumpto gloriam ineffabilem, sicut in monte partim ostendit. » Jam tot habes quot sufficere ad demonstrationem existimasti ; sed nos abunde veritatis testes tibi augehimus. Dicit divus Maximus : « Quidquid est Deus, erit et qui gratia deificabitur, præter essentia identitatem. » Et alibi rursus : « Spe Verbum parat vivificari impresso honorum archetypo, et fieri vivas imagines Christi, vel potius idem cum eo, vel saltem ei similes. » Et in theologicis capitulis clare dicit : « Regnum Dei

est bonorum in Deo naturaliter insidentium per gratiam trafilito. » Sanctus autem Cyrillus citans hanc Domini verbum : « Pacem meam relinquo vobis; » ait : « Hanc pacem dicit suam, ut proprium bonum sibi inaitum. » Et in decimo quarto sermone Thesaurorum, pariter istud afferens : « Qui credit in me, habet vitam æternam, » — « Tanquam natura sibi insitam, inquit, et essentialiter immmanentem vitam se daturum credentibus in se perficitur; procedens enim a Patre, omnia hujus naturalia possidet, vita autem est una ex Dei naturalibus. » Vides dignis datam esse hanc vitam eamque esse Deo natura insitam, haud vero esse ipsam naturam : una est enim natura divina, illa autem vita est una ex Dei naturalibus. Et tanquam in natura insidens, est ipsa increata; et qui dixit eam esse unam ex Dei naturalibus, sic et plura in Deo naturalia et esse pariter increata indicavit. Ideo, juxta eundem, Filius omnia Dei naturalia possidet. Ubi sunt qui dicunt unum esse increatum, non Deum aut res divinas vocantes simpliciter, tum naturam divinam et ejus personas, tum cuncta altissime Trinitatis naturalia et personalia, sed eam es-entiam a creaturis separantes? Tanquam si affirmarent solem esse fulgidum, sed caligine plenos ejus radios, vel plures esse soles, quia et hi sunt lucidi.

οὐσίαν μόνην τῶν κτιστῶν ἐξείροντες; ὡς περ ἂν εἰ τῷ μὲν ἡλίῳ μετεῖναι διεβεβαίουντο τῆς λαμπρότητος, ἡ λήρεις δ' εἶναι σκίτους τὰς περὶ αὐτὸν ἀκτίνας, ἢ πολλοὺς ἡλίους, ἐπεί ὡς εἰσι καὶ αὐτί.

Theot. Recte, ο Theophanes, talia dicere pro veritate non dubitasti, nihili æstimans te multis displicere, verum congruam tibi ducens laudem non ab hominibus, sed a Deo venturam et nunc et in futuro sæculo, propter hujusmodi sermones.

Theoph. Deum decet laus, frater Theotime, nunc et in sæcula, qui dedit sermonem in apertione oris nostri.

ἄλλοι κατὰ τὴν χάριν ἢ ἀφομοίωμα. » Ἐν δὲ τοῖς θεολογικοῖς κεφαλαίοις φανερῶς φησιν « Ἡ τοῦ Θεοῦ βσιλεία τῶν προσόντων τῷ Θεῷ φυσικῶς ἀγαθῶν κατὰ χάριν ἐστὶ μετὰδοσις. » Ὁ δὲ ἅγιος Κύριλλος, τὸ τοῦ Κυρίου προνεγκῶν, « Εἰρήνην τὴν ἐμὴν ἀφήμι ὑμῖν. » — « Ἐαυτοῦ τὴν εἰρήνην ταύτην εἶπεν εἶναι, φησὶ, ὡς ἴδιον ἀγαθὸν ἐμπέρχον αὐτῷ. » Ἐν δὲ τῷ ἰδ' λόγῳ τῶν Θησαυρῶν, ἐκεῖνο πάλιν προνεγκῶν, « Ὁ πιστεύων εἰς ἐμὲ ἔχει ζωὴν αἰώνιον, » — « Ὡς φύσει, φησὶ, προσοῦσαν αὐτῷ τὴν ζωὴν κατ' οὐσιωδῶς ὑπάρχουσαν δώσειν τοῖς εἰς αὐτὸν πιστεύουσιν ἐπαγγέλλεται. Προσβῶν γὰρ ἐκ τοῦ Πατρὸς, πάντι τὰ αὐτοῦ κατὰ φύσιν ἐπάγεται, ἐν δὲ τῶν προσόντων τῷ Πατρὶ καὶ ἡ ζωὴ. » Ὅρα; καὶ τοῖς ἄλλοις δεδομένην τὴν τοιαύτην ζωὴν; καὶ κατὰ φύσιν προσοῦσαν τῷ Θεῷ, ἀλλ' οὐχὶ φύσιν οὔσαν; Μὴ γὰρ ἡ θεία φύσις. Ἡ δὲ τοιαύτη ζωὴ ἐν τῶν κατὰ φύσιν τῷ Θεῷ προσόντων. Καὶ ὡς κατὰ φύσιν οὔσα, ἀκτιστός ἐστι καὶ αὕτη. Τῶν δὲ κατὰ φύσιν προσόντων τῷ Θεῷ ταύτην ἐν εἰπῶν καὶ πολλὰ προτεῖναι κατὰ φύσιν τῷ Θεῷ καὶ ὁμοίως ἀκτιστα ἐδήλωσε. Διὸ καὶ περὶ τοῦ Υἱοῦ φησὶ, Πάντα τὰ τοῦ Πατρὸς κατὰ φύσιν ἐπάγεται. Ποῦ οἱ ἀσυνέτως λέγοντες, Ἐν ἐστὶ τὸ ἀκτιστον, οὐ τὸν Θεὸν ἢ τὸ θεῖον λέγοντες ἀπλῶς, δηλονότι τὴν τε θεῖαν φύσιν καὶ τὰς κατ' ἐκείνην ὑποστάσεις, τὰ τε φυσικὰ καὶ ὑποστατικὰ τῆς ἀνωτάτω Τριάδος ἅπαντα, ἀλλὰ τὴν

Θεοφ. Τῷ Θεῷ πρέπει ἀνεσις, ἀδελφε Θεότιμ, νῦν καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας, τῷ δόντι λόγον ἐν ἀνοίξει τοῦ στόματος ἡμῶν.

GREGORII PALAMÆ

ARCHIEPISCOPI THESSALONICENSIS

PROSOPOPCEIÆ,

ID EST

Ex habitis per fictionem personarum orationibus, stylo misto, dialogico et maxime judiciali, confirmatio, quid mens in judicio contra corpus contendens, coram iudicibus dicere possit.

PROTHEORIA SEU PRÆMEDITATIO CAUSÆ.

Animi parus utentis ratione discrimen, quo a ratione carente et patibili differt, veterum aliter

alii declararunt : quidam equorum ferocium bigis irascentem et concupiscentem animi partem simi

l-m facientes, aurigæ ratiocinantem : quidam venatori viro ratiocinantem, equo cui insidet concupiscentem, cani adjutori irascentem comparantes : quin etiam locorum discriminibus sejungentes, rationem ut principem in cerebro, tanquam in arce summa, e propinquo quasi satellitio sensuum muniam ac defensam : fram in corde, cupiditatem in jecinore collocant. Eximie vero sapientiæ Apostolus, evidentius animi partem, rationis participem ab experte distinguens, illam spiritum et interiorem hominem, hanc carnem et exteriorem hominem appellat ; deinde contrarietatem earum patefaciens, « Cerno, inquit, alteram legem quæ in membris meis est, repugnantem legi mentis meæ, et captivantem me sub legem peccati¹. » Orationes autem quas corpus et mens seu ratio utens ; et patiens animi pars, vicissim habuerunt, exiliter admodum stoicus Cleanthes est commentus, sic eas faciens loquens : Quid, anime, vis factum tibi, mihi indica. Quidquid fieri, o ratio, desidero : id regium plane est. Quidam etiam Ecclesiæ sapientum doctorum, iamborum scriptor, ait alibi : Tibi quid exoptas fieri : mentem meam soleo rogare ; visne Gygis res has et illas ? Nos vero in juveniliiori quodam

A dicendi genere hujusmodi insistentes, ad judicialem formam dialogi rationem protendimus, et ut rei species honestior et æquior esset, iudices assidentes constituimus, ac partes accusatoris animus rationis participes, defensoris corpus tenet : hæc enim cum dicta quedam describenda sunt permittuntur. Nec quisquam novitatis crimen inferat orationi, haud nescius quo pacto, et ad imaginum et ad personarum signa, sophistarum ac declamantium meditatione protractæ sunt. Quod autem assumptivus status sit, agnitu non est ei difficile qui in civilibus quæstionibus exercendis et meditando aliquandiu versatus est ; potius intelligendum est, cum argumentum gravem sententiarum materiam suppeditaret (sæpe enim motum rerumque nature contemplationem attingit), nos tamen quoad licuit, via rationeque artificiosa, re ad civilem stilum revocata ad judicialium orationum speciem accommodasse. Quod si per omnia assumptivi generis capita hæc non procedant orationes, nihil mirum ; nam nec in omnibus aliis argumentis omnia incidant necesse est ; hæc quæ præmeditari oportuit, hoc modo præmeditata sint.

DECLARATIO ASSUMPTIVA.

Si apud alios qui non intelligerent accurate quam patior contumeliam ab hoc mecum conjugato corpore, hoc præsens certamen instituerem, mihi ipse facerem, illisque confarem negotia : nimirum ad rem pertinere ducens, si singulatim ea quibus me malis onerat hæc mihi contubernatis calamitas, exponerem. Verum cum apud vos, omnium virtutum cultiores, mihi quantam passus sim injuriam divina Providentia ut id facerem concessum sit, qui hoc ipso quod cum eo luctati periculum fecistis, manifestum dicendorum argumentum præceptis, non admodum mihi videor operosum aut alioqui molestum futurum vobis tale certamen aggressa. Satis enim est brevi quadam oratione percurrisse, et duntaxat in memoriam vobis revocasse, quas mihi solet vitiorum impressiones et occasiones exhibere, indeque ut suffragia feratis postulare. Itaque paululum vestro in rebus divinis contemplandis intermisso studio, audite me, per vestros vos obtestor, virtutis ergo et multos et magnos sudores, et jure meum corpus reprehendam, necne, ut arbitri iudices judicate, ne posthac inter nos dissideamus atque discordemus : sed intelligamus utrum nostrum alterum afficiat injuria. Nam, quod miserabilissimum est, præter convicia quibus insolentius in me debacchatur, etiam eorum quæ immerito indigneque patior, me auctorem causamque facere non veretur. Jam vero progres-

C sura ad ea oratione explicanda quæ contumeliæ contra me audeat, nihil incommodius factura mihi videor, si paulo altius initium sumam.

Ego, viri beatissimi, genere divina sum, et e superna illa nobili prosapia originem duxi, ut quæ sim Dei spiraculum et imago primaria, omniumque terrenorum regina ; non enim de me hæc magnifice prædicare verebor, tantum ne ostentare mea videar apud vos alioqui magniloqua, qui probe nostis ac in honore meam habuistis coluistisque dignitatem amplitudinem. Postquam enim illa quæ nostræ primarium exemplar est bonitas, ad bene faciendum suo ingenio apta, mundum intelligentem et sub intelligentiam cadentem, hocque cælum universum, et quorum capax cælum est, procreavit, tandem in compendium contulit, in unamque temperationem et molitionem velut in craterem quemdam contraxit rem unam omni genere rerum mistam, et multipotentem, id nimirum quod et dicitur, et est homo. Hinc ego intelligens et immortalis cum sensibili et mortali colligata sum, et cælestis cum terreno copulata, et cum ancilla hera ; quibusnam rationibus ita Deo visum nescio ; fortassis ut ambo simul eodem ad officia virtutis exercenda iugo hærentia conspirantiaque, alterius alterum natura frueremur ; illud, ut præstantissimæ conspiratione nobilitatum, et communicatione cum immortali degustata, immortalitatem superindueret : ego hanc

¹ Rom. vii, 55.

cum deteriori copulatione, tanquam cippo reflexa, modice de me sentiendo, et gloriatione de iuginis dignitate cohibenda remittendaque, et non superbiendo, et a Deo, ut primus Lucifer, deliciendo, sed potius humiliter et demisso sub ejus manu validam me subjiendo, ita Deo adhærerem ego, mihi corpus; neque pusillum quidem aut ego a vitam præstante causa, aut hoc a me animante abduceretur. Iatæ rationes opificis reputantes, non linum lino, sed semper se moventem cum aliunde moto, et simplicem cum juncto permiscet et implicat, quid enim ab illis innumerarum rerum potentibus connecti nequeat? Ac quæ ab ipso statim ortu incommoda subivi, non est hujus temporis de his tragedias excitasse; tantum date mihi ut ea paucis depleam.

Simul ac cum hoc mortali coalui, ac antequam fetus vitam accepit, in utero cum sepulto una sepelita, et velut in duplici spelunca. Saræ mortuæ cadaver Abraham sepelivit, ita et ipsa duplici monumento infodior; nam ex sapientum sententia, si corpus est meum sepulcrum, id vero in utero tumulatur, quidni duplici loculo, fetu quem embryon viciant, et utero consepelior? Talibus me complexu suo primum receptam et amplexatam amicum corpus excipit humanitatis officiis; talibus hospitii et sœderibus prehensam accipit. Quæ vero posthac succedunt? germana, ut aiunt, et eodem colore contacta, ex eademque arte figlina, sive natura fugente. Illinc enim quasi e tumulo prodentes una sepulti, uterino quidem sepulcro defungimur: ego vero in corporeo etiamnum insisto hæreoque. Atque veluti ejusdem vitæ facta inter miseris coemptione, calamitosam vitam inchoamus; nec lætamur quasi a tenebris in lucem eruperimus, et auram vitalem trahamus, et alium solem amplexemur; neque circum genitricem exultantes lascivimus, ut ægni, vituli, hinnuli circum matres, sed illud, cum ex locis calentibus repente in aerem frigidum incurrat, ex commutatione angitur, et acriori dolore conflictatur: ego vero ægritudinum acerbarum consensu ipsa quoque crucior. Hinc et ejulatus natalitii cantibus ex adverso respondentes, et undique devincientes fasciæ et cunabulorum vincula, sepulcralibus ligamentis cognata, et lectuli seu cunæ, evidens imago monumenti, ut hinc etiam mihi molestiæ conduplicentur, secundis his mihi post prima vinculis impositis; non enim a sapientibus illepidè multis appellationibus et conjugatis id vocatur, sepulcrum, custodia, amictus, monumentum, δέμας παρὰ τὸν δεσµόν (a vinciendo), et tabernaculum; quod in eo tanquam in taberna de via diversetur: deinde sic illud colligatum, lacte nutritur, et sensim augetur; ego vero, tanquam flavo sæculento cuidam illigata, huic invalido debili que, et fluxu perpetuo influenti a que efflanti, veluti submersa corripior, et in extrema dementiæ fundum præceps devolvor, nec potis sum

quâpiam mente dignum, mihi que proprium efficere, humido gurgite immersa.

Verum enimvero hæc, tametsi alioqui misera, tolerabilia tamen, et qualia nemo jure reprehendat, ut quæ naturæ legibus, et originis immutabili serie connexionem gubernetur: illud miserius, quod ex amentis fundo epatans aliquando, et lumine rationis inclivans circumfundi, corporeis membris ad perfectiorem statum procelentibus, neque tam plane pure dementia defungor: quemadmodum nec ex ebriitate, vel sopore gravi, vel veterno convalescentes vertigine, aut ob oculos offusis tenebris illic natis in totum statim repurgantur. Cæterum hæc dementiae malas sortes et tempus, et perceptio disciplinarum abradat a mente, et scientiam ac prudentiam inculpat, sed imperiosam altricem facultatem, et perpetua ciborum et potuum quotidianorum quasi tributorum pensa, quæque inde mihi adversæ facultates ab illa nutriuntur, concupiscentem et irascentem, quodnam tempus aut quæ doctrina omnino remittere evertere possit? harum servitium quis excussisse gloriatur? Quis voracem inexplibilemque ventrem, et gulam furentem, jejunii lupato et frenq continentia sine vobis cohibeat, qui naturæ contemptores inusitata prudentia estis? et qui collatione cum angelis, mortalibus corporeis induti, et jam divorum natura superiores vos palam præstantes, nihil novi est, si longe supra corpus evolaveritis: ut hæc mihi sint oratione vestræ res eximendæ. Cæterorum autem qui nunc mortales vitam degunt, quis a cupiditatibus alioquin alienis irascentis animi fremitum compescat? quis vel sapientiæ sapientior ita sit, ut cupiditati nihilominus quam aspis, mortiferum venenum jaculanti, et ad præcancricem vocem obstinatius obsurdescenti medeatur? aut quasi vas illud electionis, ut viperam adhærescentem excutiat? quis evangelicæ progenitus et educatus, quemadmodum Azarias et socii puelli, non coluit corporearum voluptatum assectam locupletem et pecuniosum, ut illi nunc coluerint ex auro et argento, ære et ferro manufactum simulacrum? Quis, ut paucis absolvam, ventris ingluviei, scortationis, avaritiæ catenam divulsit, nec iis inter se funiculo triplici longoque, et cætera vitia contrahente nexis constrictus teneatur. Eæ sunt enim, opinor, apud Salomonem amata filia tres hirudinis sanguinaria, id est carnis, quæ sugendo quidquid animale, quidquid in me vitale sit exhauriant. Horum corpus incuso, hæc criminor: horum nomine hanc accusationem factito, reus contumeliæ et injuriæ postulans: quis natura, ut nostrum genus conservaretur, moliente, permiscen-teque et alimento, et generis propagationi, voluntatem, ut hæc tanquam esca pellectus homo, ad ciborum perceptionem, et legitimum cubilis mulieris usum conciliaretur vivus, et vita functus non perret: harum rerum nemini accusabilem, et naturalium, quasi legum non scriptarum, sed jam more

usitarem captata facile occasione, corpus ad quorum voluptatum licentiam non effertur? cuiusnam satiandæ libidinis terminos non exsuperat? Nunc esculentorum satietates exigit, nunc rursus suavissimis et magna difficultate parabilibus-cibus infartum, facere non potest quin satietur, iterumque rebus quibus abundat obrutum deglutit; et præsentia improbat, absentia desiderat; neque vina quæ patria tulit, cordi sunt, sed ut aqua quæ vicinos agros alluit, nihili æstimatur, et peregrinorum sitis accenditur; neque vestimenta quæ ad æstum et frigus arcendum sufficient, solum quærentur, sed quæ sint ex materia vix parabili, et arte supervaranea curiosius et delicatius elaborata, ad ea me vi cogit, ut per ancillas cibariorum, obsoniorum, et textilium administras sibi obsequar, et infinitis suis serviam libidinibus suppeditandis, et veluti tributis conferendis iis quæ præter necessarium usum exiguntur; non ut ea decore, et in rem suam assumat, sed ad libidines voluptuosas præceps abutatur.

Quam igitur me vitam trahere putatis, viri Deo dicati, cum eo ita misere dementante oberrantem et subservientem? aut quibus absurdis sceleribus turpissime non impingentem? istane mediocria videntur? aut ego frustra temereque alioqui indignor? Nam si quotidiana, eaque sine quibus non constaret, exigeret, non quiritarer: si nuditatis operimentum simul et ab aeris immensis injuriis præsidium postularet, libens equidem præberem; si vulgaribus abuteretur, si solum modicam et frugalem vitam rectam censeret, non injuriæ loco ducerem, talia suppeditare, neque actionem postularem, neque diem iudicii dicerem, ut hoc certe tempore jure facio, quippe quod cum impetu suis cupiditatibus contra mandatum Apostoli, provideat; semel enim a naturali necessitate commodissimam nactum occasionem, omnem pervagare nefandam voluptatem non desinit. Plangit enim quod ait divus Paulus de peccato: Per legem scriptam peperit in me omnem cupiditatem; captata enim per mandatum occasione, decepit me, et occidit: idem etiam in nos incurrit; inventa enim occasione ex lege naturali, id est, alimenti et fermenti usu, mea caruncula, omnem in me excitavit cupiditatem, et propter rerum necessariorum indigentiam, primum me ad eorum legitimum usum trahit, deinde ab usu naturali ad alienum et contrarium naturæ abusum pertrahit, tum a continuo et frequenti abusu ad ingurgitandi et deliciandi habitum: tandem me prorsus decipiens, interficit. Nam deliciis irretita sive femina est sive mens, vivens mortua est; mea enim mors est, oblitam propriarum mihi actionum, in pecuariis voluptatibus corporis percipiendis versari: quando, ut alter apostolus scribit, attrahor et inescor a carnis cupiditate; cupiditas autem concipit et gignit peccatum, peccatum autem absolutum procreat mortem. Ab uberibus enim ipsis in more positum est, ut cum ad jucundum quidvis

profundatur, ad id autem quod sensum exasperat indignetur, iis exerceatur affectionibus quæ ex voluptate et dolore nascuntur. Hinc et ira vires et potentiam in corde, in jecunoreque voluptas exercet: qui principes affectus ita diuturna commutatione corroborantur, ut et mei partem rationis participem consentientem habeant, abducantque morigeram, una quadam ratione; aut enim dolo, aut violentia trahunt. O quoties intelligentiam mihi voluptas suffurata est! quoties, quæ faciam ego non sum malorum nescia, consilium at iratus meum impedit animus. Iracundiam quoque et voluptatem universa perturbationum turba consequitur. Equidem conor uni mihi principatum debitum asciscere; verum ab hac populari dominatione avertor, idemque mihi accidit, ut si qua nobilis puella parentibus orba relinquatur: quæ cum multarum ancillarum domina sit, nondum autem imperare didicerit, contemnitur, aut etiam colludere docetur: at serius agnoscens quæ quibuscum corrumpatur, familiæ capiscit imperium, et illas in ordinem servilem reducit et castigat; illæ vero pristina licentia herili lasciviaque refertæ, erubescunt, et in heram insurgunt; ut etiam quidam servi feruntur, heris peregre profectis morantibusque, et familiæ heri, et uxorum viri successisse; deinde in reversos heros insurrexisse et armis decertasse; quemadmodum item alii postea Roma fugitivi magnis præliis cum persequentibus et fugitivariis dimicarunt. Tale quoddam contra me servile bellum concitat natura mihi servum corpus, aut etiam acrius, quod illorum partim armis, quanquam difficulter, tamen perierunt, una cum servitute vitam quoque posuerunt, partim interea pugnano restiterunt, dum heros ferro dimicantes viderunt, et in se pariter irruentes; ubi autem illi depouenda censuerunt arma, et inermes flagrantat tanquam servis incusserunt, itaque revocarunt in memoriam, qui quibuscum auderent gerere bellum, tum ad se denique redierunt, et pristinam dominationem agnoverunt. Hoc vero meum servile hostileque malum est indomabile, seditiosum, fugitivum, quod nullo pacto in servitutem adducas. Nec rationem ullam teneo, qua superior evadam; nam neque jure belli, neque lege justæ servitutis expugnare possum, sed quoquo modo congregiar omnibus proverbii obnoxia teneor, lapidem coquens, aerem verberans, Æthiopem dealbans, flammam cædens, in aquis scribens, ex arena funiculum necens. O factum incredibile! duarum rerum rationis expertium potestas meæ fidei credita est: alterius mecum intrinsecus et e propinquo, alterius remotius et extrinsecus conjunctæ. Verum hæc exterior servitutem passa est et subjiciendi legibus acquirit; nullum enim animantium ratione destitutorum, idoneum obsequium præstare recusat, sed jugum impositum cervici los tollit, ac terræ crassitudinem aratro perfringit, idque facit, cervicibus cornuum acies quasi alteras hastas prætensas habens; neque levipes equus ministerium fugit, sed etis .. fe-

rex et petulans, ore tamen frena recipit, sessorem et pacem agitantem et pugnantem veliit. Paret asinus, licet natura tardus sit, ad onus portandum vocatus; et quemadmodum ferocitate exultantem equum coercui, itidem tardissimum asinum adhibito puello et fuste celeriores feci. Quid hæc mansuetæ pecora et subjugalia dico? Non ursus, non pardalis, ferarum imitissimæ, non ipse elephanta, magnitudine aggeres terræ superans, non leo, rex agrestium animalium, nostrum detrectant imperium: sed et in urbibus per forum et theatra ducti, spectatoribus otiosis voluptatem cum stupore et miraculo præbent. Neque sublimibus avibus ad fugam satis fuit aeris ingens altitudo: ut neque piscibus ad latebras profundissimum maris fundum, ac hoc rationis expers, ferinum et belluinum, ita mansuetæ ut res tert, et domamus; alterum vero genus domesticum et cui continenter insidere nobis præscriptum est idque moderari, nescimus quonam pacto mitigemus, et ad obediendum clementer adducamus; et tamen genus illud natura prorsus ad rationem obsurdescit: hoc auscultat, et modo quodam ad eam convertitur, at quod a ratione alienum est omnino, rationi magis obsequitur, quam quod natura insignitur et ducitur ratione. Illud quoque suppeditat et labore suo parat corpori profutura: corpus vero auxilio mihi datum ad obedienda præclarissima virtutis munera, contrarium et magis renitens deprehenditur: potiusque ut secum aberrem a ratione, quam ut mecum ipsum una ratione utatur, vi cogit. Ac superius explicata causa est: quod cum esset mihi honorificus ortus, non intellexi primum, scilicet cum fatua caruncula una juveniliter desipiens, sive cum materiæ sordibus, ut Chaldæorum verbis utar, et quisquiliis simul demersa, et velut ostreato indumento circumdata, comparatione similitudineque pecudes et amentes naturas refero, seriùs tamen intelligere demens, et stolidi aliquando sapere incipiens, adnitor mihi primordium conveniens vindicare, corpori ejusque membris imperare cum ratione, et ad munus cuique congruens revocare. Illa tamen ipsa sermonem etiam præoccupantia, plane factis proclamarunt quæ cives nobili viro, ut est in evangelica parabola, per legatos quos miserat, nuntiaverunt: «Nolumus ut tu regnes in nobis;» ducunt enim citius quam ducuntur, renitunturque familiaribus et amicis potius quam asciscuntur quæ sunt optima: magisque retrahunt quam trahuntur. Atque mihi considerate, quæso, primum aures et oculos: illæ, ut Ecclesiastæ verbis utar, audiendo, hi videndo non satiantur; quoniam illis semper patentibus fores occludere non liceat; his quanquam palpebrarum tegumentum vallum est, et aversio, ex sententia magni Job, dispositione vana videant, quid tamen hæc ad eorum momentum promptissimum et celerrimum supra modum, et inexplebilem curiositatem? Deindeque linguam, notabile malum, mundum iniquitatis, ut Jacobus frater Dei loquitur: quæ etiam prius quam ratio:

A liceat dicenda, considerare, præcepta ad nuntiaudum sua sponte præsilire, foris effutens, quæ non oportet: tametsi tot septis naturæ circumvallata sit. Quid vero gula canalis quidam omnium capax? quid insanienis furensque tangendi sensus? ratione auscultare novit, et appetitioni modum constituere? Quid vero cor, cum effervescens et ad ultionem incitatum tumultuatur? quod quamobrem canino ritu latrans Homeri poema fecerit, ac non potius leonino more rugiens, a miror; postremo animosa particula cupiendi cui rite comparari possit? Scyllæne, immortalis perniciæ, an renascenti hydræ? an Typhoni capitibus centum prædito? Tot instrumentorum barathris, et artuum vallis, undique mea concepta est altius habitatio: in quibus absurde et rationis expertes facultates, velut omnimodæ serpentes in ferinis Libyæ speluncis, latitant: quas circumare mansuetæque pollicetur illa quidem dignitas imaginis; at si qua sursum emergunt, deorsum una convolvuntur, nam illa magis ferocium sæpeque numero efferantur. Quod vos quoque sub sentientes, et ne quid inde mali vobis accideret caventes, ex hominum omni consortio, ferarum altricibus lucis occupatis, vos adducendos censuistis, antræ suis tegumentis munita, terræque penetrantia solis radiis impervia subeuntes, per deserta vasta sub dio vagatis, ut corporis sensibus ad malorum ingressus obstructis, pars illa ratione caretis animi ferociens, alimentis destituta quiescat, et rationis compositæ pars intelligens, a rerum sub sensum cadentium perturbationibus vacans, otiosis rebus intelligentia sola percipiendis incumbat.

Esto sic sane: equidem his paucis demonstravi palam, quanta servile corpus in me juveniliter mollior: quod tametsi talium injuriarum auctor manifeste revincatur, non tamen abstinebit quominus contra etiamnum dicat, qualia sæpenumero liberime dicendo, non mutiando ritu servorum, insolentius audet: ita nimirum omnibus in rebus, quasi natura hostile mihi renititur, factis dictisque repugnans, et omnino, nullum in pactum, nullum in fœdus coiens. Itaque quidquam eorum quorum nunc accusatur, ac in primis illos ciborum pereuntium malignos quæstus, et perpetuam exactionem se vel agere vel pati negaturum est. Nam cum sit natura compositum et semper fluens, meatibus tum additis, tum apertis, necessario respondentem inanitioni repletionem requirit, quam cum non aliter quam per cibos et potus natura molita sit, idcirco nihil se peccare dicet, naturæ legibus sequendis, et quæ statum conservent appetendis, si ad tempus legitimum sufficere, nec male habere, egere medico, omnino defessum concidere, jacturamque earum actionum facere quas mentis causa cum labore susceperit, velit. Hi vero, hi, inquam, beati iudices usitati corpori meo prætextus sunt, si quando delabens aut irruens ad lasciviam freno vitæ durioris revocem. Ut enim lactantes infantes a mamma depulsi plorant, itidem et hoc ab iis quibus fami-

hariter assuetum erat, avulsam luget, et indignans A
 obtupescit; morbos et vinculi quo inter nos colliga-
 mur dissolutionem, excessum e vita injustum, et
 ab agendarum rerum studiis cessationem cogitans.
 Nam quod hæc manifesta ironia, dissimulatio, ter-
 giversatio et versuta recusatio sit, vobis non est
 ignotum qui experiundo didicistis, et edocti estis,
 naturam corporis, in rebus honestis operam et la-
 borem impendendo, in naturam impatibilem quasi
 ferrum et adamantem indurescere; quod vero non
 pro foribus hæc contentio sit, id quoque perspicuum
 tametsi est, argumentis revincam expositumque et
 plenum faciam. Non sane prorsus quod nutritaris
 neque quod nutriendo læteris, o stupidum corpus,
 criminamur: ea criminamur quibus malis aut
 afficimur, aut deteriores simus. Quis enim mente B
 præditus, et naturæ rationes vel mediocriter con-
 templatus, maledictis impetat cum alias facultates,
 tum maxime altrices? Alimenti abusum exlegem in
 deliciis et inexplebilitate reprehendimus. Non au-
 tem idem est τροφή quod τροφή, deliciæ quod ali-
 mentum, sed alterum ab altero longioribus intersti-
 tiis differt quam Mysorum et Phrygum fines differunt,
 tametsi vicinitate nominum ea propemodum con-
 veniant; in vero aut stupidis, aut malignis moribus
 præditum, accusationem abusus ad naturalis usus
 calumniam traduxisti: idemque aut nescisti, aut
 te nescire versute simulasti, veluti nos adulterii
 vel ebrietatis accusantes quempiam, calumniareri
 quasi conviciis nuptias cupidas et sobrium vini C
 potum insectemur. Itaque neque te, o mea crux, in
 iudicium vocamus, ob rerum necessariarum usum,
 sed quia tu hanc nactum speciosam occasionem,
 non desinis, ut iterum illud apostolicum usurpem,
 omnem in me cupiditatem efficere: primum qui-
 dem utens alimento sicco humidoque, deinde præ-
 ter et contra quam par sit abutens, eo incumbens,
 ad universam omnemque voluptatis illecebram de-
 labens et irruens, et una me corripens, et exhibens
 negotia. Nam duplici et gulæ et ventris intempe-
 rantia flatu exagitatam, vel potius triplici (in satietatibus enim, aiunt, Venus est, prætereo enim
 tunc horum comitem malorum legionem), quid non
 mihi difficultatum et miseriarum inferis? Nam dum
 es inane, repleti desideras; vix plenum es, deuo D
 laboras inanitate, ac iterum exquiris compleri;
 quanto item fame divexaris, ad satietatem te cibis
 oblectas; cum exsaturatum es, voluptatis illecebras
 quaris; quin potius, et esuriens, et plenum, neque
 satietatis modum, neque voluptatis satietatem no-
 sti; in quo ego misera sum, pari poena damnata
 qua illæ fabulosæ Danaides, ut in infinitum, ut illæ,
 tibi exhauriam, dolio pertuso; aut etiam eadem
 patiens quæ divinus ille David, huic profundo cœno,
 in quo nusquam subsistas, illigata, ad innum per-
 petuo delabens fundique nescium, quod enim ex-
 tremum profundum tuarum appetitionum inventum
 est, quod tandem postremum subsistat, et tuo ul-
 terius progredienti obsistat impetui? non est aliud

quidquam, nisi quis mortem malorum omnium do-
 mitricem dicat; miserior vero multo sum alioqui,
 quod imprudens nesciaque te malam bestiam in
 sinu foveam, et pullum petulantem meo malo pin-
 guefaciam. Nonne nutritum et folum malam mihi
 gratiam refers? mordens, ut serpens, calcitrosus,
 contumaciter ignominiam inurens, nec amplius
 domabile: non persuasionis blanditiis deliniris,
 non vi frenaris, non prohibitatis ergo labores attingis.
 Quid aio, labores non attingis? Præclare mecum
 ageretur, si contra non nitereris; si ad tibi grata
 charaque, mihi autem ingrattissimâ inimicissimaque,
 non violenter tecum corripere; si meam pulchri-
 tudinem amabilem luto, ut apud Salomonem illa
 sus auream in aurem, non obvolveres. Ne mihi,
 quæso, beate cœtus, succensearis, si invelar in hanc
 indomitam malamque pecudem tam acerbe, cuius
 tyrannicam rebellionem, ille quoque tantus Paulus
 mundo crucifixus, non jam vivens, sed in se vi-
 ventem et loquentem Christum gestans, circumsp-
 ctius observabat, et indignans veluti deplorabat, mi-
 serum se vocans hominem, et anxius quærens a
 corpore mortis hujus liberatorem: in quod etiam
 tanquam generosus athleta, coronamque merens,
 vehementius irruens, non prius desiit ferire calci-
 bus et crebris sugillationibus notare, quam in ser-
 vilitatem adduxerit, morigerumque fecerit.

Esto sane, inquit, at tibi licebat natura subdito
 mihi servitatem imponere, quæ notas inurere vel-
 les, apostolicam secuta formam, illudque sapiens
 præceptum: Asino sœnum et baculus, servo panis
 et flagra. O ludibrium! quibus me dissimulationibus
 deludit, nunc fateris te mihi subditum esse na-
 tura: nunc mihi verbis adblandiris, quod subjicere
 liceat; factis perpetuo repugnans. Ego vero quod
 tu velut asinus petulans, fustibus cædendum sis,
 et ut malus servus, verberibus lacerandum sis, intel-
 ligere ipsa sero cœpi. Verum agendum mihi percon-
 tanti responde: quando, quæso, quaque ætate mihi
 datur te subjiciendi potestas, cum nunquam cum
 Apostolo dicere possis, te legi Dei subjectum esse?
 utrumne puerili et adulta? At tum mentis impo-
 tentia desipiens, me ipsa non possum uti intellige-
 reque quanto tibi præstem. An vero juvenili, an
 virili? At tum omne malum erupit, et inde bellum
 vehementius inchoatur, me jam meipsam agnoscente,
 et conveniens primordium asciscente, et alio vitæ
 victusque genere meliori utendum, et legi Dei
 acquiescendum esse censente: hoc autem
 se a grata et cœva consuetudine divelli non pa-
 tiente, cum ab ortu ad vicesimum usque annum
 juventutem in omni libertate licentiaque contrive-
 rit, et ventris ingluviei studuerit, et solam volup-
 tatem exercuerit; nec dictum facile est, quam
 robustis impetibus mihi quasi res novas molienti,
 et præter æquum dominantem, renitatur; ac mihi
 diuturnam consuetudinem, et naturalem legem
 quasi murum quemdam objicit; idque potissimum,
 quia recens socium epitulatorem ventris affectum

eo tempore vehementem nactum, et resuper avaritiam, ambitionem, et si quid aliud horum comes cum tali tantoque catu coit, mihi adversatur, astutia bellica fallit, et sub peccati legem captivam abducit, persuadetque ut et ipsa faciam, facientique consentiam, quod neque probo, neque volo. Ita parere didicit; ita leges obediendi colit. Illic operæ pretium fuerit, amici Dei iudices, ut non cædam fustibus, ut asellum agaso solet, ita præter naturam superbiens, et effrenate lasciviens, et non amplius pecuario fastu tumescens, sed belluino fremitu rugiens, nec rebellans, et manifeste tyrannidem occupans, flagris et pugnīs, ut heri solent mancipia, scædem: sed ferro, quod aiunt, igneque animadvertam, et illustris semel pugnam conseram, cominus hostem aggressa, et aut ipsum honestam degens vitam exhibeam, aut idem quod generosus Samson faciam patiarque, convellam, inquam, quod injuriam faciat: et cum hoste cadente læta simul excedam. In me igitur illud quoque quadrabat, quod proverbio quiritur. Ah! quam grave est id hominibus malum? cum quis bonis non utitur his quæ noverit. Nam ego certo sciens in tam rebelle non esse verberibus animadvertendum, sed ut hostile odio prosequendum, non tamen bono hoc animi consilio utor; ab innumeris enim affectionibus depulsa impediō. Quæ sunt hæ? non enim vos celabo. Pudor, parcitas, misericordia, metus non intrepidus, sed lethalis. Pudet me hujus, ut conservi, et ut aliquando me adjuvantis, si non hoc tempore, fortassis in futurum, et ut sodalis, amici, socii, coequalis. Parco abstineoque tanquam ab ærumnoso, infelici, misero. Ac me vicem ejus graviter miseret, nescollo quonam modo cum afflicto condolesco, cum oppresso una molestiam capio, cum dolente colæresco. Præterea caveo ne offensionibus acceptis imprudens ruat, et mihi causam carum rerum quas ipsum attentaverit, aut vincit custodiam perfodientibus ac elabentibus aut servos corrumpentibus inquisitionibus et tormentis vehementioribus, attribuat. Quantum enim audax et temerarium est, quando lautius nutritur, tantum ab ærumna qualibet occurrente vexatum, commoritur; non modo enim morbo laborans, sed et frigore, vigiliis, esurie, siti que labascens ac deficiens humi provolvitur, concitatque ad misericordiam hostes, nedum me nascendi ac viviscendi, et profecto renascendi atque reviviscendi sociam et participem.

Me miseram! quid patiar aut faciam, cum tam multiplicibus malis prædito socio conjuncta, iisdemque affecta, cum quo a pueris in eundem ignorationis fundum depellor, et cum quo juvenitèr ad contumelias prolabenti corripior? cum ipsum membris viget suis, equidem indigne fero, cumque me ad nefanda facinora rapit; cum rursus affligitur misere, reflexa distortor, et mansuesco.

A Quo supplicio, qua pœna non est dignum tam vercors et ingratum, et in me contumeliosum, ita elementem et miserabili commiserescens, ut ne liberorum quidem amans mater in sua ipsius viscera esset affecta? At ita sane adolescens, ita juvenescens et virilem ætatem attingens, me non solet auscultare. At senescens mite ductileque et tractabile est ad ea quæ decent instrumentum? Undentem? Quod certe membrorum vigore nexuque soluto, et iugento calore extincto, immobili torpore tabefactum veluti compeditum est, et veteris arboris exarescenti trunco simile, scilicet tales possit res agredi serias et honestas, quod sustentantium et senescenti succurrentium indiget, præclare vero mecum ageretur, nisi etiam suas mihi calamitates B inureret, et quibus abundat, senilibus malis me refereret, delirio inquam, errore et veterno. Nam si verum est, mentem Tithono consenescere, et bis pueros senes fieri, ad repuerascendum profecto ætatum conversione revertimur: ac corpus quidem videt et odit obtusius, ego vero senis delirantis lippitudine cæcitateque tanquam tenebris offundor, nec acutius jam cernere possum. Et illud cum aliarum rerum obliviscat, alimenti tamen in perpetuum meminit, et genuinis non amplius dentibus in alveolis infixis, tamen maxillis molaribus destitutis molit ut potest, quas etiam proverbium quoddam ut et Scipionem, seni largitur: ego vero non jam disciplina et memoria utens, neque sane denuo ut didici, præcepta recordans, solum ingurgitor oblivionis poculo, itaque paulatim e sublimi ad puerilem regredior ætatem. Tametsi enim C temperationibus adversis affecti sunt et pueri et decrepiti senes, quod illi humidi sint et calidi, hi sicci et frigidi, utraque tamen atas sapientiæ usum ac prudentiæ mihi negat; nimirum, quando puerile corpus sub perhumido sincipite cerebrum gestat aquosum, ut nihil intelligens infans sapio: quando vera calvaria senio eminens patet, nihil ab ura passa, ut in proverbio est, absinillis, rursus ut infans reputor. Affectiones enim exsuperantes et corporum naturam, nec minus mei partem rationem labefactare vehementer possunt. Omitto reliqua recensere quæ has ætates, primam et postremam dico sorores germanas consequuntur excrementa superflua, calvam depilatam; accedit huc os salivosum et edentulum, lacrymosi et humentes oculi, nares mucosæ, pedes partim nondum, partim non amplius ad ingrediendum habiles et apti: membrorum item tremula inconstantia, et totius corporis conquassatio. Sed quousque recitare: contendo corporis omnia tristia mala quibus affectum, aut me misere ad condolescendum attrahit, aut miserius ad collatandum corripit? Igitur multis prætermissis, ac morborum examiniibus præteritis, a quibus, dum fovetur, riget, artubus torquetur, et, ut paucis absolvam, dum male habet, conerucior; summatim colligam infestiora mala quibus immerito afflictor. Ut naturalibus facultati-

bus ab usum ad vitiosam satietatem et delicias fuerit, demonstravi: utque mihi conanti providere, et ad moderatius vitæ genus revocare, restiterit et insurrexerit, liberam vivendi consuetudinem ut legem immobilem præstendens, et ut indomitus quispiam vitulus, jugum servitutis ignominiose despiciens et injuriam spirans, et taurino more sæviens: quodque gravius, ut naturæ fixas et certas leges transiliat. Nam cum statutum sit, ut me ducem, quæ rationis sum particeps, et ad imperandum habilior et aptior, sequatur, ipsum potius imperare mihi contendit, ut velim, nolim, ad una suppeditanda voluptatis efficientia pertrahar, et indecore me cum eo geram, veluti quadam duplici telo manu armata, violentissima captivitate, et inpostura nihil non alliciente pertracta. Molestiarum etiam quas aspergit mihi, tum in puerili, tum in ætate senili, etsi natura inculpabilium, miseriam tamen multiplicantium, tragœdiam obiter attingi. Quasi enim non sufficerent ætatis vigentis et fervescentis ad res turpissimas mala, etiam quæ huic interfacent, suas quoque calamitates huc conferunt. Et omnibus in rebus quantas quotiesque mihi contumeliosas ærumnas hoc lene corpus infundat, leviter aperui. Ne posthac igitur tam inhoneste imago Dei ab hac lutea conjugate turpetur, et domina mancipati dominationi subiciatur, vestrum est et reliquum, iudices, suffragia ferre, injuriæque reo pœnam constituere, nec ut ego posthac

A injuriam patiar, permittere. Si enim evangelicus ille iudex, neque Deum formidans, neque homines reveritus, vindicationem aggressus est, quanto magis vos vindicabitis me, qui et religione sancti estis, et rerum humanarum providi? Nam ei merito ne parcat, si ejus naturæ quod est luctuosum et miserabile convertatur ad supplicandum: sed ab ejus seditione manifesta que tyrannide vos abhorrentes, a duobus alterum juste faciendum statuatis: aut ut mihi detur ita meo tractandum arbitrio, torquendum, flagris cædendum, inedia suffocandum, omni tormentorum genere cruciandum, ut a me gestorum ratio nulla repositur, etiam si mutilavero et omnino confecero: aut apostolica æmulatione, Satanz communi, diro et publico tortori tradam. Quorum enim vasa fere terrenæ incolent, ut est in oraculo (incolunt autem perturbationibus incidentibus) eorum et pœnæ sint mortalium suffocatrices. Ita verberatum, demens mentem feret seque tandem agnoscet, et a petulantia cessabit, ex eoque quod erat armatura injustitiæ, ad justitiæ commodum instrumentum convertetur. Itaque in posterum seditionibus non agitabimur, nec altero alterum jugo nitentur; sed concordia conspiratione et consensu junctas operas in rebus honestis et seriis collocabimus, et conjugatorem nostrum colimus, ac nobis ipsis promissam illam beatitudinem, intercedentibus vobis arbitris et legatis, comparaturi sumus.

ALTERA DECLAMATIO, QUÆ ET IPSA EST ASSUMPTIVA REFUTATIO.

Quibus verbis cornus

contra mentem in judicio contendens coram iudicibus uti possit.

In me quot convicia, quot contumelias, quanta cavilla congesta niens ista gravis effuderit, quasi comœdiam ageret in theatro, non accusaret in foro, audistis sane, divinis iudices; soluta enim et libera lingua, ne quid plus dixerim, large effuseque usa est, non tanquam conservo, aut, ut ipsa loquitur, conjugato parcens, sed ut in mancipium argento redemptum invehens, et tantum non pugnos crebros impingens. Ego vero postquam vestra mihi æquitas dicendi locum dat, nihil sum levis momenti vitiosive dicturum; bona enim verba dicantur necesse est, sed quæ crimina intentavit mihi, ea ut potero dissolvere conabor, sæmel autem hoc tempore mihi concessa ex æquo dicendi facultate, vos orabo obtestaborque, ut meam dominam interea mitigetis, siquidem indigna se pati censens, irata meam audit orationem, idque aliam contumeliam interpretatur, quod initio sim ausum contradicere: atque vobis veniat in mentem quemadmodum neque Job ille divinus suorum ipsius famulorum de se

judicium vilipendebat, ut alicubi ipse inquit; nec profecto mentitur; nam præter alia bona et honesta, etiam hominis veracis testimonium accepit. Neque certe Deus ab ipso Job in judicium vocatus, ut conviciatorem reprehendit. Quidni? qui apud divinum Isaiam, « Venite, inquit, et disceptemus cum viris delinquentibus; » et apud magnum Davidem inducitur justificatus, et vincens cum judicatur. Igitur et hæc quæ Dei refert imaginem, exemplis bonitatem illam imitetur, et magno prædita animo patienter hanc sive judicationem appellare, sive etiam disputationem oportet, sustineat, eisdemque rationibus animi quibus ille, fortitudinis adamantina aureaque statua, famulares contra se juris actiones ferebat. Utrumne, siebat quousque ille, non, sicut et ego in utero sui, illi quoque fuerint? Quod si forte periande ratiocinari dicereque ac ille justus Job, recuset, ut ego saltem vice versa dicam, concedite, quanquam dissimiliter similia: qua illic herus erga famulos æquali animo ute-

batur; hic erga dominam ego servum libertate A particeps ejusdem dignitatis cum mente conficiente, Imaginis exemplo, et honestarum actionum adjuvans causa sum. Nixum enim fretumque naturæ hominis ratione atque descriptione, confirmaverim, non mentem solam neque corpus solum hominem dici, sed utrumque simul, quem ad imaginem suam fecisse Deus dicitur. Nimirum, quemadmodum cum homine communico, ita et ab humana dignitate participo. At tale cum sim, me tamen optima mens e catalogo tantæ nobilitatis expungit, et veluti spurium abdicat, me servum, se divinam inspirationem, reginam et meam dominam appellans. Ac potuissem equidem operosius et efficacius hunc tractare locum, suadereque ne amplius servum vocaret me conservum et imperii consors, virtutisque particeps et vitæ tum præsentis, tum speratæ: sufficiant tamen quæ dixi hactenus apud vos, quibus ad obeunda certamina hæc generosa corpora exposita sunt, ut ne dum in hoc sæculo spiritalibus donis, ut socia et consortia laborum, fruantur, verum etiam in expectata regeneratione, simul cum beatis suis spiritibus regnent, et ut sol colliceant. Cæterum non admodum hæc de re contendam. Appellet ut sibi fas visum fuerit; potentia referciatur, suo quidvis arbitrio ferat, agat; utatur me quemadmodum volet, duntaxat ne vitio mihi vertat innoxia, neque me culpa vacans culpet. Audistis enim quibus de rebus accuset me, quod ali, quod indui velim animale manens adhuc, et dum ab animalibus facultatibus gubernor, necdum in spiritale transformatum. Aliam enim vitam id, aliamque victus rationem, ut in proverbio est, desiderat; nunc vero fluidum cum sim, et sine facultatibus appetentibus constare non possim, quidnam, quæso, delinquo, si naturæ instinctu ciborum et potuum cupiditate teneor? Quam sibi contumeliæ notam mens inurit, quæ hæc eadem mihi suppeditat? Quasi non audierit Apostolum clamantem: « Nemo suam carnem odit, sed enurit et fovet ». Quo pacto enim aut initio substitisset, aut postea constitisset, nisi sufficienter aleretur? Quippe statim ac in utero formor, quasi planta vel inter plantam et animal medium quid, per eas secundas quas appellant, sive per umbilicum, alor sanguine menstruali: D illinc autem progressum lactis rivulo per mammam nutricor, adtisque dentium ortum. Ubi vero animandi natura cupida mihi dentibus os acutis et latis instruxit, ut et secare et conficere facile cibum potuerim, tum denique mensam solidioribus esculentis exstruxit; ita sane naturis corporum congenitum est alimentum, eaque naturæ cognatio est, etsi non est eorum verbis fides habenda, qui lapidibus nonnullos ali aiunt, facto tamen credendum est, quod animatorum nullum careat alimento, ut arbores et herbae et quicquid radicibus fultum terra parit, et omnimoda animantia. An vero dæmones et sidera libamentis illis et odoribus, exhalationibus terræ

* Ephes. v, 29.

hæc enutriantur, id Græcæ ac profanis poetis et philosophis dicentibus, haud facile assentiar. Nam illi cœtum dæmonum opinabantur esse corporeum et materiæ voluptatisque avidum, et astris animos tribuebant. Itaque cum animatum corpus omne sit alimentarium, quidquid animatum est naturæ lege nutriatur et vivat necesse est: quod autem non nutritur neque vivit, id ne animatum quidem est. Quamobrem Servator noster non modo quos mortuos ad vitam revocavit edere jussit, sed et ipse mortuus ac jam reviviscens comedit et bibit, argumentum insolubile repetitæ vitæ alimenti perceptionem proponens. Et natura quidem servatrix ita corporis sanguinem procreans, sanguine materno fetus ore nondum præditos, infantes edentulos, lacte perfectos et absolutos, omni genere varietateque ciborum alit; nec, dum crescit, nutritur et educit, adultum vero et jam inhabilem crescendo ætatem attingens dereliquit: sed ad senectutem et decrepitam ætatem usque, tanquam bona nutrix ducenti spiritum adest, nunquam discedens, non noctu, non interdiu. Dormientium etenim non quiescit alitrix facultas, sed insomnis et pervigil bonæ nutricis instar, inspiranti præsto est, nunquid non bona faciens? ea certe quæ per os molita in ventrem demittuntur, concoquens ac digerens, primumque in succos convertens, deinde ad jecur attrahens et in sanguinem mutans; illinque per venas omnibus suam cuique portionem distribuens, et cuique congruum et proprium conglutinans; ac multam gratiam Providentiæ huic quæ nos administratur, debemus, per quam quæ peperit initio, eadem et in posterum claritate complectitur, nec sinit disperdi dissiparique, alimentis excogitatis ac paratis.

Et natura quidem, ut dictum est, ita format, conformat, coagmentat. Mens autem rationis compos, et corpus incolens, naturæ contrarias leges constituit, ut alia quæpiam imperiosa domina: et quia quotidianum semper alimentum quæro, me gulosum et inexplebile dolium: quia nutrimento lætor, luxuriosum et voluptuosum nuncupat, deliciarum enim finibus alimentum metitur, quod iis quæ comedimus et bibimus natura dulcedinem junxerit, ut suavitate quadam ad gratius et avidius percipiendum cibum alliciamur, nec tristes quotidianis alimentis advehendis condoleamus. Novas enim leges, nova nomina fingit, aliena quædam et absurda, tum legibus ferendis, tum nominibus imponendis decernens, quasi nefas sit, ali cum voluptate, quod talis τροφή τροφή, id est alimentum deliciæ sint. Ego vero quod natura naturæque legibus gubernor, ut alar mihi licere, ex omni necessitate consequentibus et animi hilaritate et voluptate, censeo: nec deliciæ criminabiles exsunt, sed clarum alimentum et naturæ congruens. Quod si quis oppressus mœrore, vel pane vesci prorsus oblitus fuerit, vel cinerem tanquam panem comedit, et potum cum fletu miscuerit, alia ratio hæc

A est, quæ ad propositam vobis quam planiorem agimus, controversiam non pertinet. Si vero naturalem quæ nutriendo percipitur, voluptatem, luxuriam definit, multo prius quæ in procreandis liberis est, flagitiosam nominabit. At neque nuptialis, neque etiam alitrix voluptas ullis mente præditis crimini datur, quin potius admirationi est. Nam illa de genere quod sensim effluit, successione; hæc corporis inanitatem, alimento supplet ac reparat; itaque neque divina mens a sua decidit ipsius dignitate, neque prorsus contumelia divexatur, ea concedens quæ a natura decreta sunt et sancita; et operam conferens, ac una suppedans ea quæ sunt præcipua, et maxime corpori necessaria; etsi de talibus hæc erecta fremit, quibusque criminibus aliorum taxat delicias, iisdem ipsa magis delicians revincitur. Considerate enim, quæso, quanta jactet; contumeliam et servitutem ignobilissimam censet quod initio mei curam gerat, et ad vivendum necessaria comparet; ac dissimulanter cavillatur se præstantioribus adhærescendi non esse compotem, et deterioris curam habere, idcirco cujusdam ancillæ opsonatricis et panificis speciem induit, quæ alioqui domina est, et suam studet inviolatam felicitatem conservare.

B Atqui si hæc apud alios desidens sermonibus jactaret, fortassis his præstigiis imponeret; non vero cum apud vos nihil recti, nihil sani dissimulet, manifesto indecore facit. Vos etenim qui hic sedetis tacentes, tergiversationes hujus perspicere revincetis, qui nobilitatis imaginis illius, si qui alii bonam vobis partem vindicastis, et absque perturbationibus ac veluti citra materiæ contagionem in corpusculis mortalibus vitam egistis: tamen et corporum ex parte curam geritis, apostolica æmulatione vobis ipsi comparantes et administrantes idonea; neque corporum talem aversionem tam indigne tulistis, quam animorum a statu meliori lapsum, neque verborum nexus et series vos tam ad commiserationem trahit, quam auræ catenæ virtutum alia solutio, sed ut per omnia justis, juste, beatissimi iudices, et corporum jura divino præcepto persecuti estis, nec ob id vos deteriores evasisse censuistis, nec ad conditionem coquorum et mensæ structorum descendisse, ut ex mea mente nunc audistis. Etenim equidem, amici Dei iudices, neque conspicio quænam ex mei cura menti contumeliæ nota inuratur. An vero hera curans ancillas, hac ratione fuerit ignominiosa? aut gubernator navem onerariam instruens, ex hoc periculosius navigabit; aut miles arma recudens et repugnans ac bellatorem alens equum, imperitiæ rei militaris, idcirco damnabitur, aut inter milites desertores enumerabitur? Quid non ad hos respicis qui in corporibus sine corporis contagione vitam duxerunt, et corpora non oderunt, quin potius accurarunt quantum oportuit, o frustra corpus exosa, contentionisque vanæ ac inutilis amans? Quid non magis illius recordaris Apostoli, qui in para-

diuum usque ad tertium cœlum raptus est, et verba que non licet eloqui hominibus audivisti; et tamen usque denuo progressus, contumeliæ loco non putavit, suis ipsius manibus coriaceam artem exercere, et suis ac sociorum necessitatibus inserviendo subvenire. Oratione supergrediamur ipsam Paulum, et ejus tertium cœlum; num Deus in suo statu semper consistens ad sese reflectitur, et supra hanc universitatem erectus sedet? Utrumne rerum que post eum subjacent nulla cura, nulla providentia tangitur, neque etiam infirmarum rerum nostrarum procuracionem habet? an vero accurans providenter, de sua ipsius ob id dignitate et gloria quidquam mittit? Quonam igitur modo corpori conjugata mens curam congeniti corporis, indignum se studium reputat, et hanc rebus secundis providentem solertiam repudiat, supra vos efflorens sese, quorum etiamnum humi gradientium conversatio in cœlis est? supra jam cœlum corporibus appetentes apostolos: supra bonitatis ipsius exemplar illud, quod omni carni largitur alimentum: cujus ex similitudine nobilitatem magnificæ jactans, non similiter ad inferiorum dignitate providentiam convertitur; et tamen agrorum illud bonum plusquam plenum et nullius omnino indigens, nullius opus usquam habet eorum quibus providet: hæc vero æpenumero me et ut instrumento famulari eget, et ut adjuvante causa ac adminiculo, et quo absente nihil generosum in primis perficiet.

Sed fortassis ab his rationibus repressa, se non injuriam dicet ex necessariarum mihi rerum suppeditione passam, sed quod longe supra necessitatem et usum partim insatiabili cupiditate, partim voluptatis aviditate progressum, hanc mecum corripiam, et invitam præcipitem; hoc enim fere dicebat, quando se voluptatibus absurdis mancipari, et meis decipi præstigiis asseverabat. Id vero refutare quoque facile est, ac docere audaxne facinus et temerarium sit, ita sive fastu, sive contendendi studio incitatam, ea in me accusare se nescire, quorum ipsa rea sit, cum oportuisset integere hæc: sed infaustum nihil dicam, admiratione vero dignum est, qui fiat ut sibi contraria loquatur imprudens. Numquid non sursum deorsum versans orationem, Christi famuli judices, primariam dignitatem præ-

lis et prudens administra familiaræ, ut des escam in tempore? Qui sit igitur ut non fideliter et prudenter assignatum munus administres, desque tempore et modo cibum, et ut fidelis increpes infidelis, ut prudens castiga et emendes imprudens, et omnino potestatem in tibi credits administratione liberam exerces, et ornes optime? At te corripit violentia tibi subditi diris, et ad easdem ad quas ipsum ineptias te transversam agi. Talibusne prætextibus censes te, quam male suum munus obeanti minatus est ille, membrorum divulsionem evasuram? Atqui talis opinio vana est et inanis; a principata culum omni eorum que subditi peccant poenæ exiguntur: sive imperatorem, sive pedagogum, sive parentem, sive doctorem dicas, etsi alioqui probi sint, eorundem criminum rei sunt, ut si vel imperator cum exercitu deserat aciem, aut pedagogus cum puero collodat, aut pater cum filio lasciviat, aut cum discipulo magister inertis et otio indulgeat, duplici poenâ, censeo, horum unusquisque punietur: altera, quod clanculum eum corrumpt, quem potius se meliorem redditarum pollicebatur; altera quod eorundem reus quorum ille deprehendatur; ut vice versa duplici venia digni subditi censori debent apud eos qui plus summo jure quam clementer rem dijudicant; altera propter eorum naturam que semper ducem et ad honestatem promoventem requirit; altera quod quem ad bonum præfectum acceperat, in contrarium depravantem et provocantem invenit. Nihil vero tam ad virtutem et vitium allicit, quam princeps ea faciens que ad alterutrum exhortantur, et exemplo suo ad similia perpetranda trahens; quemadmodum et chara mihi mens duplices dabit poenas, ut que neque quod in homine fuerit inordinatum corripit, queque collata fuerit, et voluptatis illecebras simul exertarit. Si vero suffocant aquæ, aiunt, quid opus est prohibere? Mihi autem fortassis venia quepiam dabitur, quod heram consequar, que ut ista delinquam me doceat. Qualis enim, aiunt, hera, talis et canis. Ut autem clarius demonstratum sit, quod a me non ipsa corripatur ad turpissima queque, sed ipsa magis ad voluptates abripiat, meque secum pertrahat, me queso patienter audiatis, ab orationis cursu paulum digredientem, et ad tragœdiarum omnium causam, quam explicare mens erubescit, recurrentem.

Non sinceram, viri judices, intelligentem vitam, et a corporeo sensu ablegatam noster animus sortitus est, sed utriusque vitæ ei subjectæ insidet, tum plantariæ, tum vitali, a quibus constitutio nostra corporea gubernata conservatur. Nam dolore et voluptate quasi gubernaculo temperamur; dolore cum inanitate laboramus, aut aliter angimur; voluptate, cum explemur, et nulla perturbatione vexamur, ex opificis naturæ providentia, affectionibus ejusmodi nobis ad salutem ingeneratis. Si enim dum deluimus et corrumpimur, non angemur, neque dum satiatur lætaremur, ita ut neque con-

ficientia, neque conservantia sentiremus, subito periremus imprudentia. Nunc vero provida natura quasi manibus duabus utens, fatigatione atque delectatione, illa pungens, hac inescans, ad edendum et bibendum exsuscitat fugientes esuriendi dolorem, et edendi voluptatem, quod est alimentum, persequentes: verum primario loco, ut qui ex esurie miser nascitur, amoveatur; secundario, ut saturandi licentia detur. Animus autem rationis compos aliter se nutrire per se novit, et præstantiori quadam ambrosia frui. Verum cum, ut diximus, erga sibi subjectas facultates non intoleranter nec implacabiliter affectum sit, consensu quodam etiam iis patientibus condolescit, et sane cum anguntur simul angitur, et cum lætantur collætatur: vel potius, si rem accuratius definire placeat, et ut aiunt artis medicinæ studiosi, primum ipsa rationis consensione patitur, propterea et prima ad amovendum dolorem exsurgit, sui causa maxime: deinde, ut est dictum, subditorum juvenidorum gratia. In eo igitur sapientis naturæ providentia fuit, ne maxime principalis animus, supra mala positus emineret impatibilis, et sensibus nullas difficultates quæ secundis et inferioribus interveniunt, hauriret; ad eorum enim nulla prorsus curanda converteretur. Si enim ita stimulata, condolescens, et consensu laborans, videtis quomodo pigrescat, delicias faciat, et quæ revera communis est fortuna, ut infortunium deploret, multo minus profecto corpus respexisset, si corporis adversitates eam naturæ decreto non attigissent. Nunc vero, si quidem aliud quidpiam, et hoc quoque constitutum est optime, ut consensione dolorum agatur, et eo simul adducatur, ut, quemadmodum ait quispiam, vicissim et ex parte labores capessat, et molestiarum liberationem communiter conquirit. Quibus enim quorumlibet incommodorum communio est, iisdem communiter et ab iis liberatio curæ est.

His ita demonstratis, in eundem locum iterum recidit oratio: ac superius expositæ memores estote parabole, in qua fidelem et prudentem dispensatorem unum dominus constituit, ut sibi obsequatur, dando suo tempore cibo, nunquid non ad animi partem rationis participem accommodate fidelem et prudentem œconomum assumpsimus, ut quæ præclare possit ex abundantî prudentia gubernare patibilem et amentem vitam? quam etiam in eo munere constitutam dominus beatam prædicat, si prudenter et fideliter administret, ac plura se commissurum ejus fidei pollicetur: sin autem domini ut moram facientis oblita, consertos pulsare contumeliose, non providenter, cœperit, totanique se comedendo ac bibendo fruendis voluptatibus dederit, cum ebriosis, partes dico tum quæ alere, tum quæ ali possunt, quæ extrinsecus allapsis satiætatibus semper referciuntur, utrumne, cum redierit dominus, qualia nunc coram vobis, prætexet, ac hujus insolentis contumeliæ causam in nos trans-

A ferens, quasi decipiamus, et eos vi corripiamus, perversi servi supplicia defugiet? Nonne discerpetur, et sors ei cum hypocritis constituetur, ut quæ tanquam in theatro, hæc vita, personam cujusdam matronæ sanctæ et divinæ induta fuerit, et omnem incuriam ac dementia in initio dissimulata, libero vero omnibus nefandis voluptatibus servierit, et ut Intemperans ancilla, indecore se gesserit et turpius inebriarit? quod puto. Nam ei cunctis facultatibus præfectæ hæc cura demandata est, ut et sagaciter molestiam exhibentia provideret, et idoneam medicinam adliberet, ut illinc perspicuum est: si quando enim mens in curandis rebus divinis excessu nimio, vel, me nescio, morbo corripitur, qui cogitationis non movendas chordas moveat, nec esurie, nec alimenti, nec alius voluptatis memor sit, tum ego quoque nulla harum rerum cura, nulla sollicitudine tangor: quoniam igitur modo primas ego partes teneo, et procurandi et dandi cibos, et tempus eorum ac modum defluendi munus sortientis voluptates præripio, deindeque ipsam, quod est magis ridiculum, ad eas corripio? Ita mollis ipsa est et delicata, ego vero robustum ac violentum.

Verum enimvero ne singulis partibus renitens defensio contentiosa videatur et pertinax, tua gratia conceto me primum voluptatibus inhiare et compleri, insuper te quoque ad voluptates fruendas a me corripere: tu postea domina, et rebus nostris imperans, cum oportet puniendo cohibere, et infensam esse ligurationi, vehementiusque increpare, potius ad eandem turpitudinem suscipiendam ut mancipium una provolveris, et illa gravi, sancta rigidaque dignitate humi prostrata, de qua gloriaris et magnifice sentis, mecum voluptati captiva servaque voluntaria constringeris. Nec te pudet pati proflentem eadem, quæ fabulosus ille serpens, cujus caudam de capite aiunt conquestam esse, quod motionis repetitæ dux semper esset, ipsa totius molis se convolventis attraheretur extrema. Tandem vero ad persuadendum aggressam, ut in hoc serpendi munere principatus sibi deferretur: deinde per præcipitia saxaque cum cæca ferretur, ipsum caput et reliquum serpentem cum eo labefactatum fuisse. At quemadmodum illic, siquidem de cauda caput conquestum fuisset, eam accusans injuriæ, ridiculum et stolidum videretur: ita etiam tu quoque in hac causa, ut quæ animi parti rationis experti, caudam trahenti et cæcæ (nam mens, ait quispiam, videt), ductandi cedas imperium, et teipsum ejus fidei committas, quod ad perniciem pertrahat. Videntes enim cæcorum, non cæci videntium duces sunt; et bos currum, non bovem currus trahit, et lapis ad perpendiculum, non perpendiculum ad lapidem componitur. Quid vero puero, contra proverbii præceptum, gladium committis? quis venenum propinatum comibens, majus quippiam ad se excusandum vel defendendum habuit, quam mortis deprecationem? An primus

homo a muliere prima quæ de pernicioſa gustaverat arbore, poſterior accepto cibo comedens, veniam apud Deum meritus eſt: aut ut vi correptus mortem effugit? Cupiditas enim et ira ſub animum rationis participem ſubjectæ ſunt; non ut ad voluptatis ſuavitatem illa delabens, ſecum ipſa contrahat, hæc vero ad ferinam sævitiam erumpens, ſecum abducat, ſed ut ad captandam et habendam honeſtatem conveniant et conſpirent: cupiditas, ut equus frenis bene moderatus, ſublimem efferens, et ad vere deſiderabilia concitans; ira, veluti generoſus canis, una pro iis et adverſus ea quæ oportet belligerans et propugnans; utraque nimirum a ratione per diuturnam conſuetudinem ad bene parendum et obediendum domita atque cicurata. Verum mens alioqui temulenta facta, et valde ſuæ ſtrenuitatis negligens, effeminatur quaſi vircors, et deteritur, ac quantum a conſtanti immobilique concentu decedit, tantumdem ad curram perturbationum accedit: quantumque paulatim ab imperando deſciſcit, tantum illa ſervituti mancipatur. Itaque nulla vi cogitur, nec ad peccandum et delinquendum invita rapitur, ſed quod Herculem paſſum fuiſſe feciſſeque Græci ac profani ſcriptores teſtantur (ferunt enim illum poſt belluas et ſceleratos homines perdomitos, poſtea volentem Lydæ feminæ, Omphalæ nomine, ſerviſſe), idem mihi videtur mentis ratio perpeti. Nam quæ ſunt in homine belluinæ malignæque perturbationes, cum eas ſub ſuam poteſtatem ſubjicere poſſet, libens tamen voluptati animique appetitionibus ſervit: vel etiam ut aliter primas, magnus ille Samſon ab inſidiatrice muliercula, eadem voluptate decepta, ſuum magnum robur ridicule prodiit et nuda, ac non jam ipſum veluti comam jactans, facile a perturbationibus alienigenis captiva ducitur, et excæcatur oculis ad honeſtas res et bonas perſpicacibus, piſtrinoque illigatur, et circum eundem voluptatum orbem, quorum initium eſt et veluti ſtimulus ventris ingluviens, innumeras ærumnas perpetiens convolvitur, et quaſi laſcivis pueris, cupiditati et iracundiæ ludibrio eſt. Ita mens aponte ſe malis immergens, ipſa ſibi contumeliæ genus intorquet, et undique cooperta miſeriis, indecora laſcivit: deinde ob hoc voluntarium infortunium de ſe conqueſta, ſuæque deploratione calamitatis defuncta, mihi crimen intentat et malorum cauſam attribuit, et, ut videtis, pœnas exigit; ac conviciis aſpergens, quid non in me cavillatur, quid non irridet? Sepulcrum me vocat, catenam, fœcæ imam, et ex Chaldaicis nugis, materiæ ſordes et quiſquilias, dolium pertuſum, crucem. Atqui ſi vere ſum ego monumentum, qui ſit ut non huic perſuadeam ad Dei ſimilitudinem effictam mortem ſtudioſe meditari, ſed ad delicias, quod æt, pertraham? ſi catena, qui ſit ut non comprimens a peccando colibeam, ſed ad nefandam inertiam licentiam corripiam? Quæ catena non arcet ab injuria et maleficio, ſed eo vinctum vel invitum

A compellit? Quod monumentum non membra quæ ſunt ſuper terram mortificat, et animæ vitam omni ex parte beatam largitur, ſed potius vivificat et adverſus animam exſuſcitat? Aut igitur ego neque ſepulcrum, neque catena ſum, ſiquidem ad delicias corripior, et una pertrahor: inconsiderate et inaniter talibus cavillis illudor; aut monumentum revera et catena ſim, ac magnæ hinc incontinentiæ ſeipſam mens ream facit, quod et illigata mihi et conſepulta delicietur, et vivens mortua ſit, ac ſupra modum extollitur, tametia crux ego ſim ei data: hoc enim nomen me quoque libens appellat, ut etiam dolium pertuſum, diſſimulatis quot et quatorum bonorum ego ſim conceptaculum, ut non multo poſt de multis pauca deguſtans ſum demonstraturum. Si vero pertuſum quoque ſum, at certe ſenſuum meatibus omnino ſpecularibus, luciferis et nuntiis comprehensionis rerum, ut id etiam ſtatim apparebit, quod per hos hauriens et ſeſe referens in me veluti temulentiæ priſtinæ vomitum effundat, et turpiſſime debacchetur. Tu meos ſenſus, et eorum facultates maledictis vexas, speluncas et luſtra ſerina cognominans, quorum opera maximis affecta beneficiis ita ingrato et immemori animo es? Nonne diſcendi artibus tanquam pontibus, ut ad res contemplandas quæ ſub intelligentiam duntaxat cadunt trajiciaris, uſa eſ? Quonam pacto eas initio ſine meis ſenſibus compararſſes? Arithmeticamne aut harmonicam diſciplinam habuiſſes unquam, niſi auris exiſtiſſet; an numerorum proportionales, aut geometriam, aut aſtrologiam, niſi lumen oculorum eluxiſſet? an doctrinam de pulſibus et medendi ſcientiam, niſi tangendi et guſtandi ſenſus tibi viam patefecerſſet? Meis igitur ſenſibus ablatis, tuis convulſis pontibus, quid tibi reliquum aliud ſupereſt, quam humi, et inter res ſenſibiles volutari, vel ne has quidem in totum attingere, neque quantum terræ meditullium eſt, vita ſentiendi compote frui, ſed ſola ſi res ita ſerat, plantaria; et tum vere ſub monumentum carceremque cæcum deſoſa, materiæ ſordibus ſubmersa, et profundæ illigatæ faci, cæcam talpæ aut cujuſpiam plantaminis vitam trahas, me ſolum, ut ipſa comice perſtringis, oſtreato indumento circumdata? Nunc vero te certe cæcutientem ab ortu ad cognoscendum oculatam feci, ad philoſophiam admovi, et deguſtato lumine, per ipſum ut terræ concretionem, maris reſuſionem, cœli conglobationem, et omnia quæ ſunt in cœlo miracula tanquam in ſpeculo intuereris, conſeſſi: utque partibus omnibus concordem concentum, qui ineffabilibus ſonis opificem conſeſſat exaudieris, et ex rerum creaturæ magnitudine, pulchritudine, concinna motione, movens illud immobile, et primum et ipſiſſimum bonum informavi, et ad cujuſ exemplaris primarii imaginem facta fueris, memoriæ renovavi. Atqui hoc præclarior quid menti poſſit accidere, quam ex iis quæ meis ſenſibus hauriua-

tur, Deum reperire? Nec solum ita per me A primum ad Deum ascendit, sed etiam a Deo delabens, eo per me rursus redit. Nam per me pœnitendi et veniam impetraudi locum invenit; si enim a me disjuncta et extra corpus fuerit, ne pœnitere quidem peccati primum potuerit, ut neque qui deciderunt angeli; nunc vero mea conjugatio hoc quoque bonum ei largita est. Quantas enim et quotcunque turpitudines asperserit, eæ meis sudoribus eluuntur, et nive candidius clarificantur; nam supra herbam omnem abluentium, et præter hyssopi quamvis aspersio-nem exstat ea quæ diffuit e meis, ut ipsa dixerit, speluncis, ut ego, fontibus pellucidis, lacryma, inedia, humi cubitus prædurus, flexis genibus deprecatio, in precibus defixa immobili- B ter constanterque intentio, pectoris percussio, e pectore prodiens gravis fumus, interioris inflam-mationis indicium, aliaque ex quibus multipotens pœnitendi miscetur medicamentum. Tot numero bonorum novi recondere thesaurus ego, ex men-tis meæ sententia pertusum, et nihil continens dolium.

Sed inepte fortassis et præter decorum apud vos quibus talia trita sunt, singula dicendo perse- quor: itaque summam et paucis ostendendum, quod quæ mihi a mente vitio vertuntur, ea potius passus sim quam fecerim; quæ autem facio natura duce, quæque conficio hæc sunt. Philosophia enim per quam ad Deum attollimur, in contem- plationem et actionem secta, siquidem contem- platricem ea vitam amplectetur, per me naturæ opera perspicit, et per disciplinarum pontes ad eas res quæ ratione intelliguntur transmittitur, et postremo, quod aiunt, ad ipsum theologiæ lineam volando conquiescit: sin præ contemplandi pon- tibus, agendi scalam malit, hic etiam magis me laboribus propriis ædificans, omnes actionum gradus invenit. Dicam, quod omnibus eminet, per me ab angelis paululum diminutus homo, mul- tum supra angelos excellit (quis enim angelorum possit quæ Deus passus est, et ut homo mortem imitari potuit?) per me utique cæsum, tortum, laniatum, et postremo morti traditum, et divino corpori Servatoris conformatum: in quo et pec- catum condemnavit, ut in nobis Dei justitia com- pletetur. Quoniam autem et mens sciscitatur ex me, quando quaque ætate sibi subjectum esse possim, ego nihil cunctatum ita simpliciter res- pondebo: Ecquando non possum, quaque ætate sum inobsequens, ipsa sive bonum, sive pravum sit, me ducendo vocet? ut ex artibus perspicue liquet. Nactum litterarum studiosam et amantem honestatis mentem, pædagogos sequor; magistris pareo, in scholis et auditoriis assideo, et de liberalibus disciplinis et doctrinis quid inculcatum non exprimo? Rursus sum ego mentem exercen- dis artibus illiberalibus aptam sortitum? Doceor iterum ædificare, aut lapidibus struere, aut stans

subjectis invidibus obstrepentibus fabricare: aut guttulis a terra exsulantibus collectis stagna colligere, aut contra sævos ventos, furentes fluctus obluari, nonnunquam etiam in profundum de- orsum verso capite, natans terro, et militariter disjectum et scissum ictibus omnibus obsto, ne dicam ad quas exercendas artes vanas et inanes vi coactum instiuor, cum præstigiatoribus exe- crandis subjicior, doceorque funem extremis pedi- bus scandere et ambulare, subjectis pugionibus tripudiare, capite demisso salire, lapillos et ferri particulas devorare; atque rerum ita difficilium atque miserabilium, et alioqui operosarum quam non a puero exercitationem conficio? Vigentem attingens ætatem me pertinax et ambitiosum præsto; eam excedens ætatem, nihilo minori co- natu elaboro; corroboratum et senescens, addi- scere non cesso etiam quod excogitatu sapientius sit quam quæ juvenes moliantur; et ut in universum dicam, nihil est quod arte parari, quod doctrina tradi possit, ad quod non adducar, nihil factis, nihil dictis menti volenti repugnans, ut neque animantium subjugalium et inanimatorum instru- mentorum obsequentissima quæque. An etiam ad obeunda virtutis munia, illis longe jucundiora, facilia, naturæ congruentia, ineptum et adversa- rium, et veluti repugnans, seditiosum, hostiliter sum affectum? At id tibi dicenti non crederent egregii victores illi martyres et hi iudices virtutum cultores, qui corporum certaminibus incorporeo- rum naturas exsuperant. Verum tempus est, ut eorum quæ diximus summa capita recenseamus, et opportuniore congruentioraque percurramus.

Accusatrix mea mens convicta est, nihil sani vitio vertere, sed frustra insurgere mihi, et quæ inculcata sunt accusandi studio et calumniose, quæque mihi permittuntur a natura, culpæ. De- fensione mea comprobavi, nullam aut injuriam aut contumeliã me dominæ famulum, imperatrici obsequens, instrumentum ei quæ suo me arbitrio utatur, inferre potuisse: sed ipsam potius sua socordia torpescentem, et imbecillitate mollescen- tem, malam evauere; et cum oportuisset integere, hanc etiam pœnas exigere. O calamitosum et mi- serum me! Quis parcat, quis miserebitur, cum etiam cognata mens et mecum conjugata non miseretur, neque meis afflictationibus referta satietur? sed præter ea quæ nunc patior, et in po- aterum patiar ejus opera, insuper aliud recentius excogitat, inquisitiones, lites et contentiones; tribunalia, diros tortores, quasi non ex quæ mise- rum patior ipsa peccante sufficiant. Dei æqualitatem fastuosa concupivit, et statim ego mortalitate sum interceptum, et ad pulverem matrem reversurum: ne quæ mediæ interveniunt calamitates et obsce- nitates memorem, nuditatem, sicut velamenta, et coriacea indumenta, aculeatarum spinarum et tribulorum acies. Invidia rursus conflagravit, et mihi tæbe liquefactus vultus concidit: ubi vero

fratrem exosa fratrem est ausa trucidare, ego statim tremulum et queribundum ac imposito signo notatum et convictum vagabar. Impegit mens in legislationem, vel prophetiam, vel sacerdotii dignitatem, et mihi maledictiæ supplicia firmiter inhibentur, ac statim leprosum efficior. Ipsa angelo fausta nuntianti diffidit, et mea lingua silentio compeditur; hæc astu feminae male decepta est, et ego excæcor, et in pistrinum detrudor. In pauca multa contrabam: aut sum cum mente colligatum humili ac illiberali, et nocte dieque sustinco continuos labores, ad quotidianum cibum eumque parcum et tenuem, ad lænam, vel substrictam quamdam et brevem tunicam, vel legendis humeris penulam comparandam: aut cum vitam voluptuosam amplexante, et multo deterioribus malis affligor, dum singulis horis inexplebiliter in ventrem infercior, et immodicis cibus, potibus, rebus venereis distendor et rumpor; hincque quot morborum agminibus obductor! Aut enim ad lectum decumbens, aut ut attonita quædam ruina languesco, aut febre colliquesco, aut articularibus morbis pedum et manuum torqueor: tum et carnificibus medicis mercenariis curandum medicamentis et laniandum, nonnunquam etiam tortoribus

A inhumanis dæmonibus, exponer. Mecum hanc vitiorum tragœdiam agat ille vocalissimus Apostolus, quæ, mente omnes habenas et frena laxante, in me peccando conferunt scortatores inimanes, et quotquot contra naturales usus accenduntur, ut me ignominia notent insolenti: quoque uno pessime corrumpendi, me templum Dei corrumpuat, meaque membra quæ sunt Christi membra, scortatorum membra faciunt. Cæterum non his mens nullorum non malorum memor contenta est, sed vos supplex rogat et obtestatur, ut sibi licentiam deus utendi me suo arbitrio, torquendi, fame necandi, in exitium Satanae tradendi. Nescit enim sapiens, se plane desipientem in ea incidere quæ sunt in proverbio: Capram ferre non possum, B mihi bovem imponite. Nam si quæ in nobis ex inordinata materia ægritudines adnascuntur, eas ut decet philosophum non fert, indignatur, et gravia se pati censet, quid non esset passa, si mecum ira divina calamitates illatas accepisset, in fastu inflata superbit. Verum hæc ex vestro dependent arbitrio, et quidquid visum vobis fuerit, in eo tanquam in divina sententia, tum quæ facienda, tum quæ non faciendæ sint definiente, nos quoque acquiescemus.

JUDICUM SENTENTIA.

Vestras utriusque vicissim cum orationes audiverimus, tuam, mens rationis particeps, quod tibi subditum est, ut intemperatum et inobediens accusantis: tuam rursus, pars animi ratione carens, defendentis te nihil delinquere ut animus intelligens temere calumniatur: nobis autem de utriusque orationibus arbitria faciendæ sunt, et controversiæ sedandæ, ne frustra nostram et contemplandi studio debitam vitam interruperimus, hic sedentes, jam dicimus quæ ex longis experimentis et a divinis Scripturis accurate didicimus. Hanc itaque sententiam ferimus: Si carnis sensum, o mens, accuses, ut rebus honestis ac virtuti consentaneis adversarium, et tibi obediendi impotem, imprudens in Manichæorum opinionem delaberis; existimaverunt enim execrandi illi, intelligentem animum opificium esse boni, rationis expertem, mali: et ideo neque virtutem capessere, aut grata et opifacio bono convenientia sentire posse. Sin ipsa hoc non ais, sed effrenem et obsequentem ejus intem-

perantiam accusas, ut ne teipsam quasi non insipienter modereris, sed divino tibi munere concessum administrum perpetuo criminareris, culpas quod merito culpandum non est. Au non imperator doctor, magister cujuscuque is fuerit, ipsi rationem reddunt, et pœnas luunt eorum quæ, qui ab ipsis ducuntur, magistrorum incuria atque negligentia peccant? Id ne sapientes quidem exteros latuit: siquidem philosophorum apud illos quidam, adolescentem conspicatus lascivientem et flagitiosum, nullum in eum maledictum contulit, sed pedagogum percussit, inquires: Quid enim talia doces? Sin autem dicas, magnum illum Paulum, in Epistola quam ad Romanos scripsit, carnem accusare, audi quid velit, et ad quid hæc Apostolus loquatur. Nam ante Domini adventum et mors terribilis erat, terribilis, et mortis imperium habens: propterea et apud Isaiam aiebant: *Erlamus et libamus, cras enim moriemur* ¹.

¹ Isa. xlii, 13.

VITA SANCTI PETRI

ANACHORETÆ IN MONTE ATHO

AUCTORE GREGOBIO THESSALONICENSI.

C. JANNINGI COMMENTARIUS PRÆVIUS.

(Acta SS. Bolland. Junii, t. II, die 12.)

§ 1. *Cultus sacer. Palæstra. Mons Athos. Tempus A minus omni ex parte nobis probari Acta Onuphrii*
in eo actum. Iter Romanum.

1. Egimus hoc ipso die 12 de sancto Onuphrio, qui in quadam solitudine Ægypti vitam solus et ignotus omnibus diutissime protraxit, paulo ante mortem a non femine divinitus inventus, et post mortem sepultus, cum inventori suo seriem rerum a se gestarum antea retulisset. Typicum Sancti Sabæ, Venetiis anno 1602 impressum, Onuphrio conjungit eodem die (crediderim ob similitudinem anachoreseos) Petrum, a monte Atho, quem longissimo incoluit tempore, Athonitam appellatum: conjungit autem utrumque his verbis: *Εἰς τὰς 12' τοῦ ὁσίου Πατρὸς ἡμῶν Ὀνουφρίου, καὶ τοῦ ὁσίου Πατρὸς ἡμῶν Πέτρου τοῦ Ἀθωνίτου. Die 12 Junii, sancti Patris nostri Onuphrii, et sancti Patris nostri Petri Athonitæ.* Consentit Horologium Græcum, quod eadem totidem verbis refert; et Molanus, unicus quod sciam apud Latinos martyrologus, qui ejus mentionem facit. Cum autem hic eadem omnino Latine proferat, quæ Mænæa et Horologium Græcæ, ex alterutro illorum sua transtulerit. Martyrologium quoque Moscorum Onuphrii simul et Petri meminit, eodemque die et in una tabella utrumque proponit, figuratum eodem prorsus modo, id est erecte stantes, capillis non admodum promissis, herba ampla per pectus defluente crurum tenus, circum verenda frondibus cinctos, cæterum nudos: uti videre est in Calendario Moscorum, antea tomum primum Maii. Adde, templo a fidelibus structo honoratum, annuo festo ac populi concursu celebratum, nec non miraculis in vita atque post mortem clarum fuisse Petrum, uti constat ex Vita num. 49.

2. Hisce permoti, proponimus et nos hoc ipso die Petrum, et quidem Onuphrio (quamvis illo multo junior esse debeat) proxime conjunctum: quia dum nihil certi de tempore quo vixerit, nobis constat: cui potius eum jungamus, quam cui institute vitæ perquam similis, ac propterea abs ritualibus libris conjunctus etiam, ut vidimus, fuit? Ex hac tamen similitudine vitæ et conjunctione Actorum nemini suspicio debet oriri, quasi par etiam fides utriusque Actis adhibenda sit. Nam argumenta cur

diximus, pleraque hic non obtinent. Notus est enim auctor Vitæ Petri, vir eruditus atque archiepiscopus, qui et aliam olim scriptam Vitam testatur se vidisse et habuisse: notus locus anachoreseos, mons Athos, nihil in Vita audacius aut insolentius dictum scriptumve: nihil insolitum aut inauditum: nihil ex variis consarcinatum: nihil alteri contrarium, nisi forte in numero per errorem tale quid reperiatur. Convenit quidem Vita hæc cum Vita sancti Onuphrii, de quo modo, et sanctæ Mariæ Ægyptiacæ, de qua 11 Aprilis egimus; quod omnes nitantur unius duntaxat hominis auctoritate ac relatione. Sed Onuphriana aliis duabus fide multum cedit; quod certiores circumstantias, certioresque auctores hæc habeant quam illa. Quod Maria et Petrus bis inventi fuerint diversis temporibus, semel vivi, iterum mortui, et Petrus quidem jam mortuus a testibus quatuor; non item Onuphrius. Quod illorum reliquæ legantur antiquitus translatae, ac certis locis honorifice reconditæ fuisse: quod de Onuphriana minus constat

3. Celeberrimus et olim fuit et nunc est mons Athos, palæstra viri sancti, in sinibus Macedoniae situs, ubi inter sinum Strymonicum ad aquilonem, et Singiticum ad meridiem, et non promontorio, ut illi, verum totus exstat, totoque longe dorso procedit in pelagus, ut Mela loquitur, paucorum stadiorum isthmo continenti junctus; quo etiam a Xerxe, bellum Græcis inferente, olim perfosso; *velificatus Athos*, uti canit Juvenalis, et mons ex veniinsula, insula tantisper factus fuit. Describitur dem Athos in Mænæis die 5 Julii, ubi de sancto Athanasio, *Ὅρος ὀψηλόν τε καὶ ἐπίμηκες, ἐπὶ πολλῆς θαλάσσης διήκων, ὡς ἀρχὴν τῆς ὑπὸ σταυροῦ. Mons altus et prægrandis, longo spatio in mare exporretus, veluti angustum solum, quæ parte scilicet continenti committitur.*

4. De eodem monte religiosisque ejus incolis multa laudabiliter memorat sub initium sæculi XIII Innocentius III papa, scribens ad Sancti Athanasi (cujus nominis præcipuum illic monasterium est) cæterosque abbates et monachos Montis sancti sive Athi, eosque sub beati Petri et sua protectione

suscipiens ac privilegia confirmans. Sic enim ait epistola 168 libri XVI : « Relatione illustrium et magnorum virorum nostro est apostolatui declaratum, quod ille qui est mons domus Domini, præparatus in vertice montium, ut ad eum confluant omnes gentes, Sanctus videlicet sanctorum, qui Ecclesiæ fundamenta in sanctis montibus collocavit; montem vestrum, super mare situm, ad inhabitandum suis fidelibus prælegit, qui effectum sui nominis et numinis in se habens, licet aridus sit et asper, et fertilitatis gratia destitutus, est tamen inter alios mundi montes maxima spiritualium ubertate mirabiliter fecundatus. Nam cum trecentis monasteriis et gloriosa religiosorum virorum multitudo, arctam et pauperem vitam ducentium, decoratur; tanta vaque modo refloruit excellentia honestatis, tanta religionis eximie claritate refulsit, ut de ipso cum Jacob recte possit quis dicere admirando. Vere sanctus est iste locus, quia hic est domus Dei, et quædam quodammodo porta cæli; ubi multitudo cælestis exercitus, tanquam castrorum acies ordinata et parata suscitare Leviathan, victorioso pugnat jugiter cum dracone, psallens Domino sapienter. Propter quod jam dudum fama vestri nominis, quæ fuerat effusa sicut oleum circumquaque, multos populos ad se traxerit in odorem unguentorum vestrorum, ipsos currere faciens a remotis; Ecclesiarum prælati et imperatores Constantinopolitani pluresque principes sæculares, per privilegia sua multa, olim tantæ libertatis præminentia vos dotarunt, ut post Deum, cui volebant vos libere famulari, nullius unquam essetis jurisdictioni subjecti. » Ita pontifex, alia deinde proseguens de violento prælone, qui monachorum quietem turbavit, expilavit ecclesias, quosdam crudeliter etiam interemit; nec non suscipiens tum monachos, tum montem ipsum sub sua et sancti Petri protectione.

5. Alia subinde montis facies existit secutis temporibus, monasteriorum præsertim numero, forte in schismatis pœnæ, incredibiliter immunito. Nam qui sæculo superiori montem perambulavit, accurate lustrans omnia pluribusque describens Petrus Bellonius, ait libro suo I, cap. 10, trium dierum itinere in longitudinem, dimidii vero in latitudinem patere: a solis Calogeris (sunt ii monachi cœlibes apud Græcos) inhabitari: viginti tria vel quatuor non amplius monasteria, variis locis sita, numerari. Monasteria ipsa habere in adjunctis sibi templis sacras reliquias, ad easque frequentem fieri concursum. Tempia quoque ipsa egregie ornata et exstructa esse, atque inibi Calogeros singulis diebus liturgias canere, omnia Græco sermone proferentes. Sed de Calogeris, qui illic ad sex millia dicuntur degere, uti et de aliis huc pertinentibus videsis Bellonium ipsum, et quæ Joannes Langus ad lib. XI Nicephori, cap. 38, sic notat: « Hodie in Atho monte 22 insignia sunt monasteria Græcorum monachorum ordinis sancti Basilii, quæ tributi

A nomine Turcarum tyranno quotannis ex vineis et olivæ suis pendunt vi millia obolorum Turcarum. Mons is a Christianis Ἁγίων ὄρος, hoc est Mons sanctus dicitur, a Ἁγίων Σὺνὰ [Siviata] ἵορα. »

6. Prædictum nomen Ἁγίων ὄρος ab illo virorum religiosorum cœtu et sanctis exercitationibus adhaesisse Atho putat Bellonius; cum potius sanctitati Petri ascribendum, ab ipsaque Deipara ei inditum sit, uti num. 11 in Vita legitur. Quando autem sic cœperit appellari tum constare poterit, quando de tempore, quo conversus est Petrus, constabit. Floruit in eo monte, præter Petrum nostrum, notus nobis sanctimonia vitæ Athanasius quidam, patria Trapezuntius, Constantinopoli litteris probe eruditus, montis Cyninæ in Asia primum, deinde Athi in Macedonia sacer ascetes: qui in hujus interiora ex divina revelatione tandem secessit, « ibidemque, rogatus a Nicephoro Phoca, militiæ pariter ac domi in palatio imperatoris claro, ipsique sancto jam ante familiariter noto et amicitie vinculo conjuncto, Dei Matri magnificum sane templum condidit, cellasque plurimas et maximas ad usum ac habitationem fratrum a fundamentis excitavit, et lauram denique multorum capacem molitus, migravit ad Dominum, » uti Menæa loquuntur ad diem 5 Julii.

7. Conclies porro ex ætate Nicephori prædicti, anno 963 imperium suum orsi, Athanasium istum sub annum 950 floruisse in monte Atho; atque adeo jam antea ibidem alios vitam duxisse solitariam, cum et ipse legatur in Menæis loco citato, seniori Anachoretæ illic se discipulum tradidisse. Potest tamen ab Athanasii temporibus celebrior factus et magis frequentatus fuisse mons iste, tum propter sanctitatem ipsius Athanasii, tum propter auctoritatem Nicephori, viri opulenti, deinde imperatoris, tum etiam propter monasterium et lauram utriusque ope constructam. Quam lauram si dixerò etiamnum existere, eandemque esse quam Bellonius describit, lib. I, cap. 37, fortassis erit, qui consideratis Bellonii verbis mihi assentiat. « Monasterium, inquit ille, Agia Laura nuncupatum, inter reliqua totius montis monasteria facile principatum obtinet, atque ad radices celsissimi jugi (quod verus mons Athos est) situm est, qua parte Lemnon spectat. » Gerit enim monasterium hoc, solum inter omnia a Bellonio enumerata, nomen Laura: cui additum deinde potest fuisse Ἁγία seu sancta, vel a fundatoris Athanasii sanctitate, vel a sanctitate ipsius monasterii, quod et situ particulari venerabilis est aliis, et cui alia forte omnia originem suam atque adeo etiam venerationem debeant. Est præterea monasterium hoc, uti illud Athanasianum, in montis parte interiori et magis alta quam reliqua, fere in littoribus sitæ aut parum inde remota, uti testatur Bellonius.

8. Sed redeamus ad Petrum, qui omnino prior Athanasio Athum incoluisse debet. Quo enim pacto per annos fere quinquaginta, quos illic exegisse dicitur, latere omnium omnino oculos potuisset, si

tam frequens habitatoribus tunc fuisset *mons*, quàm esse post Athanasium cœpit? Quid etiam sibi vult, quod primus athleta illic degerit Petrus, uti Prologus; et quod Deipara locum illum Petro constituerit, ut sibi electum pro instituto monastico, uti Vita ipsa num. 11 narrat? Sane isthæc aperte docent, priorem Athanasio Athum incoluisse Petrum: atque utinam tempus quoque intermedium docerent! Sed illud hinc sperandum non est, nullum indicium præbentibus Actis, unde in notitiam sæculi, quo floruit Petrus, veniri possit. Imo nec sciri satis certo, quandiu in Atho vixerit, ex Actis potest, aliter atque aliter subinde loquentibus. Nam num. 5 assignant anachoresi ejus in monte annos amplius quinquaginta, qui num. 42 extenduntur ad annos 53: at num. 36, annis 46 dumtaxat in eremo transactis, dicitur inventus fuisse a venatore, vivus; et anno post uno, mortuus, sic ut 47 illic tantum expleverit. Verum cum duo priores numeri non male inter se concordent, cedere illis posteriorem unicum par est, dicitur debebit, aut errorem in numerum irrepsisse, aut longius quam anni spatium (quod tamen Acta negant) inter abitum venatoris e monte ac reditum effluxisse. Posset fortassis etiam sustineri, quod Sanctus annos 47 determinate vixerit in monte: sex vero, qui superadduntur, intelligendos esse, ex mente primi Vitæ scriptoris, de annis illis qui ab initio conversionis in itu, mora redituque Romano, usque ad initium habitationis montanæ, effluerint; sic ut totum melioris C vitæ spatium anni 53 numerandi sint.

9. Nihil certiora nobis de Petri loco natali tradunt Acta, quam de sæculo quo vixerit. Num. 6 legitur excitatum in patria ejus bellum fuisse contra Arabes; quod indicio quidem esse possit, in illorum confiniis natum alicubi fuisse Petrum; sed quibus? Occidentalibusne an septentrionalibus, an aliis? Est Arabiæ contermina Palæstina: parte sui eandem attingit Syria: Arabum incursiones subinde et Asia minor sensit. Suspiciemur igitur ex aliqua istarum regionum, ac præcipue ex alterutra duarum primarum, oriundum fuisse Petrum, donec aliunde clarior fortasse lux affulgeat aliquando. Excitato (ut diximus) bello, in campum cum aliis processit Petrus, captusque in Arabiam abducitur, et carceri mancipatur. Inde vero divinitus ereptus, Romam iter instituit; camque ingressus, a pontifice monasticum induit habitum et docetur institutum. Utinam hic auctor pontificis nomen expressisset! Certiora inde temporis indicia nacti fuissimus, ac certius distinxissemus, Romamne novam, an veterem profectus fuerit Petrus. Quavis sine illo indicio ausim asserere, Romam hic intelligendam esse veterem, idque ex ipso navigationis cursu ostendo.

10. Nam ubi Roma discessum meditatatur, inquitur locus, proposito sibi instituto opportunum; et incidit in nautas, jam paratos discedere ex urbe, nec multo post e portu soluturos, atque per Cre-

A tam in Asiam vela facturos, uti narrator num. 10. Ut commode isthæc verba intelligantur, separandus hic est portus ab urbe, ac spatium inter utrumque aliquod interjectum concipi debet: quod Romæ novæ seu Constantinopoli, ubi portus pars urbis est, convenire non potest; potest autem Romæ veteri, cujus portus duodecim fere mille passus ab urbe semotus est, sive per illum Ostia Tiberina, sive Portus Augusti, etiam Romanus appellatus, intelligatur. Rursum, hinc solventibus in Asiam, iter per Cretam institui recta potest; non item solventibus Constantinopoli, ab Asia solo Bosphoro Thracico dirempta. Denique num. 15, cum navis cursum relicta Creta prosequeretur, atque ex improvise immobilis consisteret, jubetur sinistrorsum flecti versus Athum montem. Est autem Athus Roma in Asiam navigantibus a parte sinistra, cum eodem navigantibus Constantinopoli necessario relinquatur a dextra.

§ II. Vitæ auctor, inventor, nova versio nostra.

11. Ex eo quod Romam veterem profectus sit Petrus, uti vidimus, ibique habitum acceperit monasticum, omni schismatis suspitione, quam aliquis objicere posset, eximitur; tametsi schismaticus atque hæreticus fuerit is, qui Vitam quam edimus sua paraphrasi ornavit. Est autem is Gregorius Palamas, archiepiscopus Thessalonicensis, scriptione sua, quam contra Beccum patriarcham CP. Spiritum sanctum a Patre atque Filio simul procedere, cum Latinis fortiter tuentem, publicavit, sæculo XIV famosus; nec non famosior illa, qua confutatus ipse postea fuit a cardinali Bessarione, Becci atque catholicæ doctrinæ de Spiritu sancti processione egregio defensore. Incoluisse autem et ipse Palamas videtur montem Athum, priusquam archiepiscopus crearetur; ibique Vitam hanc scripsisse, et pro concione ad monachos ibidem habitantes dixisse. Colligitur id ex Prologo, ubi Athum, huncce montem, et Petrum, nostratem atque indigenam appellat, qui hic terrarum, nempe in monte hoc Atho, habitavit atque ibidem primum tropæum de victo dæmone erexit. Ut vero magis eximitur suspitione schismatis Petrus, notandum est, ipsum Roma profectum, in Creta miracula operatum esse, nec cum ullo exinde, præter vectores, collocatum fuisse usque ad penultimum vitæ suæ annum; adeoque cum nemine egisse, qui eum ad schisma pertrahere potuerit. Ut nihil dicam, quod incolæ ejusdem montis monachi, uniti fuerint adhuc Romanæ Ecclesiæ sæculo XIII; quando humiliter supplicarunt Innocentio III. papæ ut libertates sibi suas confirmaret, seque sub beati Petri ac sua ipsius papæ protectione suscipere dignaretur: uti et factum est per rescriptum ejusdem pontificis, Epistolarum ejus libro XVI, epist. 168 insertum. Quod si deinde schismatici facti sunt monachi illi, uti fuit ipse Palamas, quid id faciat, ut etiam schismaticus judicetur fuisse Petrus, tanto prius mortuus, cum nihil omnino quod schisma sapiat

in hujusce Vita reperiat? imo cum reperiantur etiam quæ schismati plane adversentur, uti sunt, iter Romanum, reverentia erga pontificem summum atque universalem, habitus monasticus ab eo susceptus, miracula patrata. Ut non dicam, quod non primus auctor vitæ sit Palamas; sed pridem a Catholico (ut persuadere Acta possint) paucis scriptæ, ornata atque amplificata tantam, uti colligitur ex num. 4.

12. Ipsa Vita, quæ Græce exstabat in bibliotheca Emin. Card. Mazarini, pridem Latine submissa fuit decessoribus nostris a P. Francisco Combefisio, libris editis notissimo. Eandem deinde Græce poscentibus nobis benigne subministravit Combefisii

successor, P. Jacobus Quetif: ex qua novam versionem ipsi concinnavimus, eandem cum textu Græco mox edituri, posteaquam titulum Vitæ, et epistolam Combefisii, anno 1655 die 10 Julii Parisiis datam ad PP. Bollandum atque Henschenium proposuerimus. Titulus Vitæ præfixus hic est: Τῶν ἐν ἁγίοις Πατρὲς ἡμῶν Γρηγορίου, ἀρχιεπισκόπου Θεσσαλονίκης, λόγος εἰς τὸν θαυμαστὸν καὶ ἱσχυρόν βίον τοῦ ὁσίου καὶ θεοφόρου Πατρὸς ἡμῶν Πέτρου, τοῦ ἐν τῷ ἁγίῳ ὄρει τῷ Ἄθῳ ἀσκήσαντος. Sancti Patris nostri Gregorii, archiepiscopi Thessalonicensis, Oratio in admirabilem et angelicæ parem vitam sancti ac divini Patris nostri Petri, qui in sancto monte Atho anachoretam egit.

ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ

ΓΡΗΓΟΡΙΟΥ

ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΘΕΣΣΑΛΟΝΙΚΗΣ

ΛΟΓΟΣ ΕΙΣ ΤΟΝ ΘΑΥΜΑΣΤΟΝ ΚΑΙ ΙΣΑΓΓΕΛΟΝ ΒΙΟΝ ΤΟΥ ΟΣΙΟΥ ΚΑΙ ΘΕΟΦΟΡΟΥ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ

ΠΕΤΡΟΥ

ΤΟΥ ΕΝ Τῷ ΑΓΙῳ ΟΡΕΙ Τῷ ΑΘῳ ΑΣΚΗΣΑΝΤΟΣ.

S. P. N. GREGORII

ARCHIEPISCOPI THESSALONICENSIS

ORATIO IN ADMIRABLEM ET ANGELICÆ PAREM VITAM SANCTI AC
DIVINI PATRIS NOSTRI

PETRI

QUI IN SANCTO MONTE ATHO ANACHORETAM EGIT.

(Interprete Conrado Jauningo.)

PROLOGUS.

1. Haud equidem, ut mea fert sententia, par est, A illos qui alibi terrarum quidpiam memoria dignum gessere, a nobis magnifice laudari, cum eorum audimus scripta, accurate pariter ac eleganter edita, summumque animæ ad amplexandam virtutem ingerentia ardorem; illud vero, quod domi nostræ habemus, omnis honestatis exemplar, vitam videlicet Petri, rerum gestarum laude nulli antiquorum, omnibus retro sæculis virtutum fama celebrium cedentis, negligenter curari. Nostis omnes, quem velim; nisi cupiam fortassis ignotus sit hicce clarissimus Athos, et qui inde cognomen nactus est Petrus. Petrus, inquam, ille nostras, indigena, primus athleta, qui hic terrarum degens, omnium

α'. Οὐ δίκαιόν ἐστιν, ὡς γέ μοι δοκεῖ, τοὺς μὲν ἀλλαχοῦ γῆς ἄξιόν τι μνήμης εἰργασμένους, φιλοτιμῶς εὐφημεῖσθαι παρ' ἡμῶν, τῶν ὑπὲρ αὐτῶν ἀκρωμένων συγγραμμάτων πρὸς ἀκρίβειαν ὁμοῦ καὶ κάλλος ἐξηγηγεμένων, καὶ μεγίστην ἐμποιούντων τῇ ψυχῇ παράκλησιν πρὸς ἀρετῆς ἀνάληψιν· ὃ δὲ οἰκοθεν ἔχομεν παράδειγμα παντὸς καλοῦ, τὸν Πέτρου δηλονότι βίον, περὶ τοῦτον ἀμελῶς καὶ ἔχειν, καὶ ταῦτα μηδεὶς ἀποδίδοντα σχεδὸν τῶν ἐκ τοῦ παντὸς αἰῶνος ἐπ' ἀρετῇ περιβεβημένων. Ἴστε πάντες ὃν λέγω, εἰ μὴ τὸν περιώνυμον τοῦτον Ἄθῳ τι; ἀγνοεῖ, καὶ τὸν ἐπώνυμον αὐτοῦ Πέτρον, τὸν ἡμεδαπὸν καὶ αὐτόχθονα καὶ πρωταγωνιστὴν, τὸν ἐνταῦθα γῆς, τὸν πάσης γῆς ἀντίπαλον

κατακαλαίσαντα, καὶ τρόπαιον ἔνταυθοι πρώτων τῆς ἐκείνου καὶ ἡμῶν στήσαντα μανίας, καὶ τὸν τοῦ καλοῦ σπύρον εἰς καιρὸν ἄρα καταβαλόμενον, ἐπεὶ καὶ ἀνεφύη καὶ τέθραπται καὶ εὐφύρησεν, ὡς νῦν ἐκ τῶν ὀρωμένων ἕξεστι πάντι συνορᾶν.

β'. Ὡς μὲν οὖν τὸν τηλικούτον ἀρχηγὸν καὶ ἡμῶν πρὸς τὰ τοιαῦτα ὁδηγόν, τῆς ἐκ τῶν ἐπαίνων γιγνωμένης ἀμοιβῆς δίκαιόν ἐστιν εἶπερ τινα τυγχάνειν, πάντες ἂν συμφαίην· ἐμοὶ δὲ πάντα τε ἐξείπειν τὰ τοῦ ἀνδρός, καὶ τὰ πρὸς ἄξιαν ἐκάστω τούτων ἀποδοῦναι ἢ ἐγγύς τῶν πάντ' ἀδυνάτων. Ἄγων γὰρ ὡς ἔοικεν ἐκείνω γέγονε, προεισενεγκεῖν ταῖς πρὸς Θεοῦ τοῖς δικαίοις ἐπαγγελμέναις ἀμοιβαίς, οἷόν τινα βίον σύμμετρον ὑπερβολῆν, κρείττω δηλαδὴ καὶ λόγου καὶ ἀκροάσεως. Ἄλλ' οὐ παρὰ τοῦτ' ἀποστατέον εἶναι μοι δοκεῖ, σιωπῆν ἐπὶ πάντων ἡσυχασί. Καὶ γὰρ οὐδὲ τῶν τῆς γῆς τε καὶ θαλάττης ἐν οἷς τελεῖν τε καὶ βοδίζεῖν ἔχομεν ἀπιστάμεθα μερῶν, ὅτι μὴ πλούσιος ἢ πορῦσιμος ἐξωτέρω διὰ πάντων ἐστίν· οὐδὲ τοῖς περὶ αὐτῶν ἰστορηκόσιν, ὅτι μὴ πάντα δι' ἀκριβείας εἶχον ἐξείπειν, ἅπαντα παρῆται· διεξηγητέον δὲ κάκεινοῖς ἔδοξεν εἰκαστως, ὅσα τε τούτων καὶ ἐφ' ὅσον ἦν.

elisserere, omnia prætermittunt; sed operæ pretium licuerit.

γ'. Τὸν ἴσον τοίνυν τρόπον χίμοι νῦν ἐγγεσητέον. Ἄλλ' οὐ καρποτέον, ὅτι τὰ τῆς ὑποθέσεως ἀνυπερβλήτα τῷ λόγῳ· καὶ οὐχ ὅπως ἐμοίγε, προσέτι δὲ καὶ πᾶσιν ὅσοις λόγου μέτεστιν· οὕτω γὰρ ἐκ πάντων γένοιτ' ἂν ἴσως ἔρανος, προσήκων τῷ τῆς ὑποθέσεως μεγέθει. Καὶ τοῦθ' οὕτως ἔχον, ὅσοι τοῦ καταλόγου τῶν ἐλλογιμῶν ἐπὶ νοῦν βλλόμενοι, συγγνώμην νεμοῦνται εὐχερῶς ἐμοὶ· δεήσονται γὰρ δῆπου ταύτης καὶ αὐτοὶ, κοινῶ τοῦ χρέους ὄντος, καὶ κοινῆ καθ' ἓνα πάντων ἀπολειπομένων. Ἐγὼ δ', ὡ θεάτρον ἱερὸν, καὶ παντὸς οὐτινοσοῦν, καὶ τὴν ἐξ ὑμῶν δι' εὐχῶν τεθάρρηκα βοήθειαν. Εἰ γὰρ καὶ δυσχερῆ; ὁ προκειμένος ἄγων, ἀλλὰ ταῖς ὑμῶν ἐπικλήσεσιν ὧως ἡμῶν ἀνωθεν ἀρτίως ἐποπτεύσας, ὁ καὶ τῷ προκειμένῳ πρὸς τὸν ὑπερφυῆ βίον συναράμενος Θεός, πᾶν σκῶλον ἐκπεδῶν καταστῆσαι, καὶ συνδιαθέντα λόγῳ πόρον ἐν ἀπύροις διδοῦς.

A terrarum adversarium profligavit, ejusque furore quo in nos bacchabatur frenato, primum ibidem de illo tropæum erexit, ac virtutum semina tempore opportuno terræ mandavit: quandoquidem et enata sint, et adoleverint, et uberes protulerint fructus; uti nunc cuivis ex iis quæ oculis usurpat, manifestum est.

2. Quamobrem consenserint, puto, omnes et æquum judicarint, ut tantus vir, qui nos ad tam sublimia ducit, præmium quod ex laudatione promanai, si quis alius, consequatur. Ego vero ut cuncta quæ ipsam commendant, prosequar, eaque prout merentur singula præferam, fieri vix aut ne vix quidem poterit (nam contentio ejus illuc, uti par est, omnis tendebat, ut antequam promissum B justis a Deo præmium consequeretur, quamdam veluti convenientem vitæ præstantiam, illamque majorem, quam ut quis eloqui verbis aut percipere auditu possit, eo conferret); non continuo tamen laudatione mihi abstinendum puto, aut omnia silentio involvenda. Et enim neque ea terrarum marisque spatia, in quibus incedimus ac navigamus, non adeunda putamus, propterea quod terra non ubique permeabilis, mare non ubique navigabile sit: neque ii, qui talia describere instituerunt, propterea quod non omnia accuratissime valeant ducunt enarrare, quantum per vires et inge-

3. Pari modo hocce mihi nunc aggrediendum est opus; non autem omnino negligendum, propterea quod argumenti excellentia, non modo a me, verum etiam a disertissimo quovis, explicari oratione non possit: ita enim fortassis fiet, ut ex omnibus collectio conficiatur, argumenti conveniens magnitudini. Illis itaque sic se habentibus, quotquot seriem præclare gestorum ejus in animum revocaverint, facile veniam dabunt tenuitati nostræ, quæ utique et ipsi indigerent; cum hoc commune sit debitum, et communiter ad unum omnes hic declamamus. Ego vero, o sacri auditores, rem aggredior, tum cujusvis alterius, tum vestra ope ac orationibus fretus. Si enim periculosæ me commit o palæstræ, vestris supplicationibus motus, jam nobis e cælo propitius respiciens Deus, qui et virum quo de agemus ad tam sublimem vitæ sanctitatem D perduxit, omne impedimentum procul amovebit, atque orationi nostræ viam per invia pandet.

CAPUT

Petri patria, militia, captivitas, votum, liberatio.

δ. Γονέας μὲν οὖν καὶ τὴν ἐκ παιδὸς πατρίδα τοῦ μεγάλου τούτου καὶ θαυμασίου Πατρὸς, καὶ οὐ πρέπουσα πατρὸς ἢ τῶν ἐπουρανίων σκηπῆ, καλῶς ποιῶν ὁ χρόνος ἀδύσσωπ λήθης καθήκεν. Ἄ γὰρ ἐτι ζῶντι τῷ γενναίῳ περιώπεται, ὡς ἄρα τῆς οἰκειᾶς ἀρετῆς ἀνάξια, τούτων εἰκότως οὐδὲ οἱ τὴν ἀρχὴν τὰ κατ' αὐτὸν συγγεγραφέας δεῖν φηθήσαν μεμνησθαι. Εἰς ὃ δὲ φέρων ἑαυτὸν, μᾶλλον δὲ ὑπὸ Θεοῦ φερόμενος, κατ' ὀπίστανται, καὶ οὐ τοὺς θελοῦς

4. Quos parentes, quam patriam infans habuerit magnus hic et admirabilis Pater, cui patriam conveniebat esse tabernaculum cœlestis, alta oblivionis abyso tempus non incongrue sepelivit. Quæ enim vivens ille, ut digna virtute sua, despicienda, eadem neque commemoranda sibi esse, merito existimarent ii, qui res ab illo gestas primum litteris mandaverunt. At vero, in quem habitatio nis locus ipse transivit, aut potius divino nutu

translatus es., ubi certamina sua Deo digne certavit, ac unde tamen in cœlos avolavit; hunc, inquam, celeberrimum venerandumque locum; hunc, virtutum sedem; hunc omnis honestatis domicilium; hunc, caelestium simile, non manufactum tabernaculum; huc, omnis celeris purum, omni execrabili affectione animi superiorem, a sanctitate sua congrue cognominatum montem; hunc, in parte patriæ habuit vir ille: cujus nulla mentio sit usquam, nisi et montis fiat; nulla gesta audiantur, nisi et mons intelligatur; ex quo videlicet ipse dignoscitur, ab aliisque ejusdem nominis distinguitur, cum Athontes merito appellatur.

5. Si enim Athenis lege receptum fuit, ut advenæ post trienni moram, pro patria sua haberent urbem, in illamque scripti censerentur; quomodo non merito hunc sibi montem vindicet, ut suum, vir sanctus, ubi annos amplius quinquaginta exegit, idque in tanta virtutis acquirendæ contentione? Præterea si illa cuique patria habenda sit, ubi felicem quis agit vitam (quemadmodum gentilium quidam sapiens pronuntiavit), quis, quæso, usquam aut felicius egit aliquando, aut in posterum retur est quam hic vir in hocce monte? ubi cum Deo frequenter conferebat, ac divina visione dignabatur; imo (ut totum compendio dicam) ubi humanam transgressus naturam, inque verè divinam commutatus (quæ vero eloquentiæ vis tantum eloquatur miraculum!) excellentiam plus quam naturalem, Altissimi cooperante dextera, acquisivit. Spreta igitur patria sua, in hunc montem, commodum ad caelestem patriam comparandam, conscendit, ibique et multorum annorum ætatem duxit, et institutum vivendi, quod oculos humanos lateret, secutus est.

6. Equidem considerare vos velim incomprehensibilem sapientiæ divinæ præstantiam, ejusdem erga homines providentiæ excessum, et salutem eorum promovendi desiderium insatiabile. Excitatur in patria admirabilis hujusce Patris bellum adversus Arabes. Ipse, bellicæ artis, ut videtur, non omnino rudis, cum suis gentilibus in campum procedit; capitur ab hostibus, et procul a patria captivus abducitur; alienæ, ejusque hostilis terræ interiora coactus adit, arcto carceri mancipatur, cippi pedibus injiciuntur, ipse cibi inedia maceratur, intolerabilia multa patitur, despondet animum, vitam desperat; denique ad Deum confugit, et que soli impoſterum se victurum promittit, si modo liberorem æra conspiceret aliquando, ac mala quibus premitur evadere contingat. Quid igitur hic, celer ad exaudiendum, et providus ad consulendum rebus miseris Deus? Moras tantisper nequit, et cunctando miserias ejus longiuscule protendi permittit; idque prudentissime, ut videlicet sic magis tuta foret supplicanti libertas; quandoquidem ita cum hominibus comparatum sit, ut posteaquam liberati sunt iis quibus premebantur adversis, vota prius facta facile negligent, ni ea probe confirmaverint.

7. Quid porro? Per quietem promissa ejus rata

ἄλλοις ἤγουν, καὶ οὐκ ἀνέπη πρὸς οὐρανὸν, τὴν περιφανῆ τουτοῦ λέγω καὶ σεβάσιμον χώρον, τὴν τῶν ἀρετῶν ἐστίαν, τὸ καλοῦ παντὸς ἐνδιαίτημα, τὴν τῶν ἐπουρανίων ἀντίτυπὸν τε καὶ ἀχειροποίητον σκηνὴν, τὸ παντὸς ἀγῶνος εὐεθύθρον καὶ παντὸς πάθους ἐναγοῦς ἀνώτερον, τὸ τῆς ἀγῶνιότητος φερωνύμως ἐπώνυμον ὄρος· τοῦτό ἐστιν ἐν πατρίδος μοίρᾳ τῷ προκειμένῳ, καὶ τούτῳ συλλαβεῖται καὶ συνάκουσται, κἀντεῦθεν οὗτος ἐπιγενώσκειται, καὶ τὴν πρὸς τοὺς ἑμυνύμους φέρει διαστο. Ἀθωνίτης δικαίως ὠνομασμένος.

ε'. Εἰ γὰρ ἔν Ἀθήναις, μετὰ τριετῆ προσεδρίαν, ἀντι πατρίδος χρῆσθαι τῇ πόλει τοὺς προσεγγύτους νομιζόμενον ἦν, πῶς οὐ δικαίως ἀντιποιεῖται τῷ ὄρους ὁ ἅγιος, πλεῖον ἢ πεντήκοντα περιόδους ἐπὶ ἐνταυθ' ἀνύσας, καὶ ταυθ' οὕτω ἐναγωνίως; Εἰ δὲ καὶ πατρὶς ἐκάστῳ καθ' ἑν ἂν τις εὐτυχῆ (καθόσπερ τις τῶν ἐξωθεν ἀπεφῆνατο σοφῶν), τίς ἂν που τῶν ἀπάντων βέλτιον ἢ πράξιεν, ἢ μέλει πράξιεν, τῆς ὡδὲ τοῦ ἀνδρός εὐκληρίας· οὐ θεῶ συνῆλθε καὶ θεὰς θεὰς ἐπέτυχε, μᾶλλον δὲ, ἵνα τὸ πᾶν εἶπω συνελών, οὐ τὴν ἀνθρωπιαν ὑπερναβὰς φύσιν, καὶ τὴν θεϊαν ὄντως ἠλλοιωμένως ἀλλοίωσιν (τίς ἂν ἀποχρήσται λόγος παραστῆσαι τὸ θαῦμα;) πρὸς τὸ τῆς ἀξίας ὑπερφυεῖ, τῆ τοῦ Ὑψίστου δεξιᾶ μετεβύθηται; Ἀλλ' ὁμως τῆς πατρίδος μὲν ὑπερείθε, τῷ δὲ τῆς ἀνω προξένῳ πατρίδος ἔρει τούτῳ προσέδραμεν, οὐ δὴ καὶ τὴν πολυετῆ βίον, καὶ τὴν ἀόρατον ἀνθρώποις δίαταν ἤγουν.

ς'. Καὶ σκοπεῖτε τὸ τῆς θεῆς σοφίης ἀμύχρινον, καὶ τὴν πρὸς ἀνθρώπου τοῦ Θεοῦ κτδεμονίαν ὑπερβολὴν, καὶ τὴν οὐκ ἐπὶ τὸ σῶζειν ἀνυπέροβλητον ἐφεσιν. Ἀναβρίβεται πόλεμος τῆ τοῦ θαυμασιῶν τούτου Πατρὸς πατρίδι πρὸς Ἀραβας· ὁ δὲ, συστρατιωτικῆς (ὡς εἰκεν) οὐκ ἀμελέτητος ὢν, συμπολεμεῖ τοῖς ὀμοφύλοισι· ὑπὸ τῶν ἀλλοφύλων ἀλίσκεται· πόρρω τῆς ἐνεγκούσης αἰχμάλωτος ἀποικίζεται· τῆς ἀλλοτρίας ἐνδοτέρω καὶ πολεμίας ποσὶν ἀδούλγτος προβαίνει· φρουρίοις ἀφύκτοις καθεῖργνυται· τῷ ποδὶ πέδαις δεσμεῖται, τρυφῆς ἐνδείᾳ πιέζεται, πολλὰ πάσχει τῶν ἀφορητῶν, ἐξαπορεῖται, τὴν οἰκίαν ζωὴν ἀπολέγεται, τέλος ἐπὶ Θεὸν καταφεύγει, τούτῳ μόνῳ ζῶσιν ἐπιγέλλεται, μόνον εἰ φῶς ἐλευθέρων ἴσοι, καὶ τῶν συνεχόντων ἀπαλλάξῃ θεῶν. Τί οὐκ ὁ ταχύς θεοῦ καὶ προμηθῆς Θεός; Ἀναβάλλεται τῶς τὴν ταχύτητα, καὶ τῷ μέλλειν τὰς ὀδύνας ἐπιτείνεσθαι συγχωρεῖ· προμηθόμενος δὴπου τὸν ἐκίτην ἀσφαλίστερον ἐξείν, ἐπειδὴ πεφύκασιν ἀνθρώποι μετὰ τὴν τοῦ πιέζοντος ἀπαλλαγὴν, τῶν ἐν αὐτῷ συνθηκῶν ὑπερφρονεῖν βῆδως, ἂν μὴ ταύτας ἀκριβῶς λαχυρίσωνται.

ζ'. Τί τὸ ἐντεῦθεν; Δι' ὀνειρων αὐτῷ τὰ τῆς

ὕποσχεζέως ἐμπεδοί, καὶ αὐτὸν ὄναρ ἐπιπέμπει ἅ
 τούτω, τὴν μέγαν ἐν ἱεράρχειαι καὶ Πατρᾷν ἀγίοις
 Νικόλαον, ὃν καὶ αὐτὸς ἐπεδοᾶτο θερμότερον, ἃ τε
 τῆς πρὸς Θεὸν αὐτοῦ παρῆρησίας πεπειραμένους, καὶ
 διὰ θαύματος αὐτὸν ἄγων, πολλοὺς καὶ πρότερον
 κερηρημένους ὑπὲρ αὐτοῦ θαύμασιν. Ὅς δὴ καὶ φη-
 νεὶς οὐχ ἄπαξ, ἀλλ' ἤδη καὶ δις, πολὺν κατερέμφετο
 τὴν τοῦ ἀνδρὸς ἀβουλίαν, πολλὰκις μὲν δὴ καὶ πρό-
 τερον εὐξαμένου τὴν ἀπὸ τοῦ κόσμου φυγὴν, ὠρμη-
 μένου δὲ μηδ' ὅπως οὖν ἔργῳ τὴν εὐχὴν ἀποδοῦναι.
 Ταύτη τοι δικαίως ἀρτίως ἔφασκεν, οὐτ' αὐτὸς
 εἰσακούη καγὼ πείθειν ἤκιστα δύναμαι, προσεδίαν
 ὑπὲρ τῶν σοι συνοίσειν μελλόντων πρὸς Θεὸν
 ποιούμενος. Ἀλλὰ γὰρ, εἰ μοι πειθῆ, καὶ ἄλλον δὴ
 τινὰ τῶν μέγα παρὰ Θεῷ δυναμένων ἐπιπέμπω σοι
 βοήθην, ὥστε μοι συμβαλέσθαι σπουδῆν, ὅτι πλεί-
 στην ὑπὲρ σοῦ ποιούμενῳ.

ἦ'. Πέτρου δὲ ἀνθυπενεγκόντος· Καὶ τίς ἄρα με-
 ζον ἢ σὺ δύναται; Συμείωνης, τὸν εἰπεῖν· Συμείωνης
 ἐκεῖνος, ὃς εὖ μάλα πρεσβυτικᾶς πάλαι ποθ' ὑπ-
 ἀνῆκε χεῖρας, καὶ τεσσαρακονθήμερον ὑπανάστρε τὴν
 ποδ' τῶν ἀνθρώπων Θεόν. Ἀλλ' ὁ μὲν, μετὰ τὴν
 εἰσιτήρησιν, ἀπίων ἤχετο. Πέτρου δὲ παραυτὰ τὴν
 ὕπνον ἀποσεισαμένου, πολλὸς ἐπὶ στόμα Συμείωνης
 ἦν· καὶ βοῶν οὐκ ἀνήκεν, ἀντιβολῶν οὐκ ἐπέδωκεν,
 ἔως ἔπεισε τῇ γὰρ ὑστεραία πάλιν ἐφίσταται ὁ
 Νικόλαος, καὶ ἀνατείνει πρὸς Συμείωνην ἐπιτίττει
 τὰς ὄψεις. Ὁ δὲ ταχύς ἐπεστραμμένος, ἐπιτερπὲς
 ἔρξ' ἔθαμα σεμνὸν ὅτι μάλιστα καὶ πολλὸν ἄνδρα,
 κατὰ τὸ παλαιὸν ἔθος ἀρχιερατικῶς ἐσταλμένον,
 χρυσοῦ τε ῥάβδῳ κοσμίως ἐπηρειδόμενον, καὶ πρὸς
 αὐτὴν ἐπίχαρι τι καὶ προσηγὲς ἐνορῶντα, καὶ τὴν
 ἀφροσύναν εὐαγγελιζόμενον, εἶπερ ἄρα καὶ τὰς πρὸς
 Θεὸν συνθήκας εἰς ἔργον ἀγαγεῖν προθυμεῖται. Τοῦ
 δὲ Πέτρου συνθεμένου προθύμως, ἐκεῖνος ὅποι ἔη
 βούλοιο βιάζεσθαι ἀδέως ὑπαγορεύει, ἐξίσταται τῆς
 εἰρηκτῆς. Τοῦ δὲ τὸν περὶ τοὺς πόδας αὐθις ἐπιδει-
 κνύοντος δεσμὸν, καὶ τὸ ἐπίταγμα τῶν ἀδυνάτων
 εἶναι διατειομένον παντάπασιν, ἡρέμα μεταωρίσας
 ὁ Θεοδόχος, τὴν καλὴν ἀπαστράπτουσαν ἐκείνην
 ῥάβδον ἄκρα ταύτη ψαύει τῶν δεσμῶν, καὶ χρυσῷ
 τὸν σιδήρον ὡς ἀράχνης (ὡς φασιν) ἰσθὸν, ἀπονητὶ
 διατίμνει καὶ ὁ Πέτρος· εὐθύς, οὐχ ὅπως τῶν πε-
 δῶν ἐκείνων, ἀλλὰ καὶ παντὸς ἐκτὸς περιτειχίσμα-
 τος (ὡ τοῦ θαύματος!) ἐν ἀκαρεῖ χρόνῳ γίνεται,
 καὶ Νικόλαον μόνον συμπαρομαρτοῦντά οἱ βλέπει,
 καὶ πείθοντα μηκέτ' ὄναρ, ἀλλ' ὕπαρ εἶναι τὴν
 ἔσδομένην ἐλευθερίαν· πρὸς δὲ καὶ πόρον ἐφοδίων
 ὑποδεικνύοντα, κῆπον δὴ τινα πολυειδέσι τεθηλότα
 δένδροις, καὶ πολλοῖς τῶν ἐδωδίων βριθουσιν.
 Ἐν τούτοις, ὁ μὲν συλῆν εὐλαβοῦμενος, οὐδ' ἄκρω
 δακτύλῳ, τὸ τοῦ λόγου, ψαύειν τῶν καρπῶν ἐκε-
 ἴνων ἠνάειχετο. Νικόλαος δὲ τοῦτον αὐθις θαρρύνει,
 καὶ ἀδεῶς ἐγκλειύεται δρέπεσθαι· εἴτ' ἐξενεγκῶν
 ἐπὶ τὴν φιλὴν ὀδιπορίαν, καὶ τῶν ὑποσημένων
 ὑπομνήτας ἐκείνων, ἐξ ὀφθαλμῶν γίνεται τοῦ ἀν-
 δρὸς, καὶ ἀπολιπὼν ἔδοξε τοῦτον, κἂν ἀοράτως,
 αἰετὸν συνῆν.

habet Deum, objecta visione, quæ ipsi representet
 magnum episcopium et Patrem, sanctum Nicolaum ;
 quem etiam ferventer invocabat , utpote ejus apud
 Deum intercessionem expertus ; eundemque jam
 pridem plura in se mirabilia operatum, miraculi
 loco habebat. Neque vero semel tantum, sed et ite-
 rum se viro videndum præbuit sanctus, multum in-
 crepans temeritatem ejus, quod jam pridem sæpe
 novisset fugam a sæculo, et nihil dum voti sui opere
 ipso complere curasset. Quamobrem, inquit, erat,
 merito neque tu nunc exaudiris, neque ego, qui
 pro rebus tibi profuturis apud Deum intercedo,
 impetrare queo. Verumtamen, si me audis, alium
 quoque ex eorum numero, qui multum apud
 Deum valent, adiutorem ac patronum invoca , ut
 in illo operam suam meæ adjungente, amplius tibi
 proficiam.

8. Opponente autem Petro : Ecquis , amabo, po-
 tentius optulari quam tu, potest? Simeon, ait sanctus.
 Videlicet iste Simeon , qui seniles admodum
 lacertos olim aliquando submitit , iisque dies qua-
 draginta natum, eundem , qui ante conditos homines
 exsistit , Deum suscepit. Et Nicolaus quidem
 hisce dictis recedens evanuit. Petrus vero mox
 excusso somno Simeonem frequens ore versabat,
 ac indesinenter inelamabat, nec instare cessavit,
 donec quod petebat impetraret. Postera namque
 die denuo ei astans Nicolaus, intendere in Simeo-
 nem oculos jubet. Ipse vero mox eo conversus,
 jucundum conspicatur spectaculum, nempe senem
 quam maxime venerandum et canum, instar pon-
 tificis more antiquorum vestitum, aureo decenter
 innitentem baculo, in ipsumque gratioso ac blando
 vultu intuentem, ac nuntiantem , fore ut brevi li-
 bertatem consequatur, dummodo quæ Deo voverat
 prompto animo effecta daret : et promptissime se
 daturum, annuenti Petro suaviter imperat, quocumque
 velit, carcere egressus abeat. Cumque ille
 denuo, quibus vinculus erat, catenas monstrans,
 quod jubebatur fieri omnino non posse, diceret :
 sanctus, Dei hominis susceptor, Simeon, leniter
 attollens quem tenebat pulchre radiantem baculum,
 extremo ejus contingit vincula ; et auro ferrum,
 quemadmodum aranei telam, quod dici solet , nullo
 negotio dissecat : et continuo Petrus, non modo
 vinculis solutum, sed etiam extra septa (o miracu-
 lum!) momento temporis plaue eductum se mira-
 tur, solumque videt Nicolaum sibi comitem adesse,
 ac facile persuadentem, non jam per somnium, sed
 re ipsa concessam esse libertatem. Ad hæc etiam iter
 ei ostendit opportunum, pomarium scilicet varii
 generis arboribus, interque eas multis, esui hu-
 mano aptos fructus ferentibus, consitum. Sed inter
 hæc omnia Petrus non modo decerpere quidpiam
 illorum verebatur, sed ne extremo quidem, quod
 aiunt, digito fructus illos contingere audebat. Nico-
 laus vero animos ei denuo addens posito metu car-
 pere fructus imperat ; tum ad desideratam ipsum

educens viam, renovata promissorum factorum memoria, oculis ejus se subtraxit; atque sic illum dereliquisse vius est, quamvis invisibili modo constanter adisset eunti.

CAPUT II.

Iter Romam, inde in Cretam. Miracula ibidem patrata.

9. Etenim, cum hoc modo Petrus præter expe- A ctationem liberum aspexisset cœlum, continuo oculis in magnum Paulum, tanquam in imaginem, convertens, neque ipse sibi committendum putavit, ut carni et sanguini acquiesceret; sed meliora sequens, Deo, cujus melliori providentia res sæpe ita dispositæ fuerant, se totum addicit, ipsi quoque a quo tam mirabiliter vocabatur, mirabili promptitudine pone sequitur, ne modicum quidem ab ipso separari, aut a vestigiis ejus declinare sustinere. Quemadmodum enim, si quis solem fixis intuitus est oculis, simul atque eos deflexerit ad inferiora, omnia obscura ac tenebrosa conspiciunt; ita ille, cum antea oculum, intellectum, inquam, irretitum intendisset in cœlos, non invitus despexit cuncta alia, domum, patriam, parentes, propinquos ac familiares quoscunque, ac omnibus vale dicto, aut potius ne dicto quidem, in id unum incubuit, ut seculum Deum vitam institueret, illamque cæteris occupationibus potiorum duceret, qua medietur omnimodam divinæ voluntatis executionem, sicque omnia Christo fiat, ac pro omnibus

31. Nam nequam ille, multiformior Proteo, illæ multiceps hydra, ille ad seducendum etiam ea quæ seduci non possunt, promptus; tum quod cæteræ omnes nocendi artes desperaret valituras, tum quia conspiceret viri sancti conjunctum cum omni vir-tutum genere institutum, et exquisitam viveendi ra-

tionem, nec non denissa in summa perfectione humilitatem; hinc spem concepit auferendi inuolabilem ejus thesaurum. Ille igitur, qui ex olim a luce depulsus recesserat, et in tenebras misere commutatus fuerat, ut Petrum in similem calamitatem pertrahat, lucis speciem assumit, angelum lucis simulans, sicque sanctum adit, mendaci suo lumine lucernam, ex veræ primæque lucis participatione accensam, extincturum. Illic autem accedens, eorum in faciem illum alloqui non audeat, gravissimum ejus vultum veritus; sed specui foris accensus adstans, per ostiolum vocem intra immittit, blando sermone suo sisus. Inde igitur sanctum salutans: Viriliter age, inquebat, et confortare, Petre. Hoc autem considerante atque adeo interrogante quisnam iste esset, ac unde talia loquens veniret? Subjuxit ille continuo: Princeps militiæ sum ego Domini gloriæ: venio autem significaturus, quam in cælis tibi pro toleratis huc usque laboribus mercedem comparaveris; et simul docturus quid deinceps agendum tibi supersit.

32. Scias igitur velim, exercitatione sancta atque tolerantia te omnibus qui hactenus fuerunt antecellere, a que adeo majora tibi præmia jure merito manere. Jejunat quidem Elias, sed quadraginta tantum dierum curriculo: tu vero septimum jam annum hic agens sine cibis humanæ vitæ propriis perstas. Daniel cum feris mirabiliter versatus est; altamen cum paucis, et tempore non longo: tu vero a longo tempore et cum multis cohabitatis. Si tolerantiam quoque Jobi miretur quispiam; cogites autem non sua sponte sustinuisse malorum incursum: tu vero inhospita loca tanto tempore voluntarie incolis, varii generis pluribusque tentationibus exagitatus; et nondum animum despondisti. Unum nunc desideratur, ut homines conseruatione tua meliores reddas, eosque a rebus terrenis abstractos in numerum transferas cælestium civium, aspiciens in exemplum, quod Christus est; a quo et ego nunc missus celeri volatu adsum. Illic post illam in monte athleticam moram reversus, homines frequententer convenit, ac leges eis præscripsit salutaris. Si vero etiam suspiceris, huc me advenisse non ex numine divino: manifesto tibi comprobabo argumento, a Deo missum esse. David namque, mirabilium divinatorum præco, sic Deum ipsum alloquitur: « Tu siccasti fluvios Ethan⁹; » illos videlicet fluvios, qui jugiter manarunt, non qui torrentis adinstar recenter proruperunt. Et alio Psalmorum loco: « Posuit fontes aquarum in desertum, et exitus aquarum in sitim, a malitia habitantium in eis¹⁰. » Quapropter in signum, te quoque non amplius Deo propitio cominorari hic posse, quæ præterfluit aqua, ipso per me jubente, defecit. Curaverat autem fertilis ille talium commentorum, per alium nequam spiritum, aquam illam prius retro

⁹ Psal. LXXIII, 15. ¹⁰ Psal. CVI, 33.

Α λατωμένον τεθεαμένος, ἐντεῦθεν ἤλπισε συλῆσαι τὸν ἄστυλον ἐκείνου θησαυρόν. Ὁ τοίνυν ἐπούρει φωτὸς ἠλλοτριωμένος, καὶ πρὸς σκότος ἀθλίως μεταβαλὼν, ὑπὲρ τοῦ τὸν ὁμοιον τῷ Ἡέτρῳ προστριψαθαι μῶμον, φωτὸς ἀναλαμβάνει σχῆμα, καὶ φωτὸς ἀγγελον ὑποκρίνεται, καὶ πρόσσεισι τῷ ἀγίῳ, τῷ κατεψευσμένῳ παρ' αὐτῷ φωτὶ, τὴν ἐκ τοῦ ἀληθινοῦ καὶ πρώτου φωτὸς ἡμμέντην ἐντως λυχνίαν ἀποσβέσαι πειρώμενος. Καὶ δὴ προστελῶν, τὴν μὲν κατὰ πρόσωπον ἑμίλιαν ἀπαγορεύει, τὴν κριτικωτάτην ἐκείνην δὲ ψὴν ὑφορώμενος· τῷ σπηλαίῳ δὲ ἐξωθεν ἐφαστάς, διὰ τῆς θυρίδος ὠμίλει τῷ τῶν λόγων εὐπροσώπῳ θαρβύῳ. Ἐπειθεν τοίνυν τὸν ὄσον ἀσπατάμενος, Ἀνδρίῳ καὶ Ἰσχυε προσεφώνησε, Πέτρε. Τοῦ δὲ διασκευαμένου τε καὶ ἐρομένου τίς εἶη, καὶ ὅθεν ὁ τὴ πρόσωπη δοῦς; ἐκείνος εὐθύς ὑποτυχῶν· Ἀρχιστράτηγός εἰμι, φησὶ, Κυρίου δόξης· ἦκω δὲ σοι ἐτηλώσαν τὴν ἐν τοῖς ἐπουρανίοις τεθησαυρισμένην ὑπὲρ τῶν ἀκρι τήμερον πεπονημένων ἀροιδίῃν· ἀμα δὲ σοι καὶ διδάξω, ὃ τί ποτε τοῦντεῦθεν σοι πρακτέον.

33. Εὖ ἴσθι τοιγαροῦν, ἀσκήσει τε καὶ καρτερίῃ, τοὺς πρὸ σοῦ πάντας ὑπερενεγκῶν, καὶ μειζόσων προστηκόντως τευξόμενος βραδείων. Νηστεύει μὲν γὰρ Ἥλιος, ἀλλὰ τεσσαράκοντά που ἡμερῶν περιόδον· σὺ δ' ἐνταῦθ' ἑβδομον ἔτος ἔλκων, ἀνθρωπίνης ἀγευστος διατελεῖς τροφῆς. Δανιὴλ θηρῶν συνῆθε θαυμασίως· ἀλλ' ὀλίγοις δὴ τισι, καὶ ἐπ' ὀλίγον· σὺ δ' ἐπὶ πολὺ τε, καὶ πολλοῖς. Εἰ δὲ καὶ τοῦ Ἰῶθ θαυμάζοι τις τὴν καρτερίαν, ἀλλ' ἀκούσιο; ἦν ἐπιφορά· σὺ δ' ἐκὼν τοῖς ἀόικιοις ἐπὶ τοσούτων ἐπιχωριάζων, πολυειδίαι καὶ ποικιλοτέρους περιπίπτων πειρασμοῖς, οὐκ ἀπείρηκαί. Ἐν ἡδὴ σοι λείπεται· τοῖς ἀνθρώποις συγγενόμενον, βελτίου; αὐτοὺς ἀπεργάτασθαι, καὶ τῆς γῆς ὄνυσπάσαντα, τῶν οὐρανῶν ἀποδείξει πολίτας, πρὸς παράδειγμα βλέποντα, παρ' οὗ καὶ αὐτὸς ἀρτίως τυγχάνω καταπατάμενος, Χριστόν, ὃς μετὰ τὴν ἐπ' ὄρους ἐκείνην ἐνγώνιον διατριβὴν, ἐπανήκων τῷ πλῆθει τῶν ἀνθρώπων συνεγένετο, νόμου; σωτηρίου ἐκτελεῖς. Εἰ δ' ὑποπτεύεις μου τὴν παρουσίαν, ὡς ἀθεεὶ γεγεννημένην, ἐγὼ σοι τεκμήριον ἐναργεῖς ἐπιδείξω τοῦ πεμφθῆναι πρὸς Θεοῦ. Δαδὶδ μὲν γὰρ ὁ τῶν αὐτοῦ θαυμάσιων ὑφηγητῆς, πρὸς τὸν Θεὸν αὐτὸν φησι, « Σὺ ἐξήρανας ποταμούς Ἡθαν, » δηλονότι τοὺς ἀενάτους, καὶ μὴ προσφάτως χειμάρρου τρόπον ἀναδεδομένους. Ἀλλαχοῦ δὲ πού τῶν ψαλμῶν, « Ἔθετο πηγὰς ὑδάτων εἰς Ἐρημον, καὶ διεξέδους ὑδάτων εἰς δίψαν, ἀπὸ κακίας τῶν κατοικούντων ἐν αὐτοῖς. » Καὶ σὲ τοίνυν, πρὸς τὸ θεοφιλὲς μηκέτ' εἶναι κατοικεῖν ἐνταῦθα, τὸ παραβρέον ὑδωρ, αὐτοῦ δι' ἐμοῦ κελεύσαντος, ἀπέλιπε. Τοῦτο δ' ἦν ὁ περιττός τὰς τοιαύτας ἐπινοίας προαναχατίσας, ἐτέρῳ πονηρῷ πνεύματι.

λγ'. Οὐ μὴν ἀλλ' εἰ καὶ τῆς ἀρετῆς ἕκων ἐπι-
 νέτης ἦν ὁ τῆς κκιῆς σοφιστῆς, καὶ πιθανῶς ὅτι
 μάλιστα προσῆγε τὸν λόγον, ἐν οὕτως εἶπω, πολὺ τὸ
 μέλι τῷ δηλητηριῷ παραμιγνύς, καὶ σημεῖον εἰς
 πίστιν ἐπεδείκνυ, τὴν πρὸς τὸ μὴ ὄν δοκοῦσαν
 ἐκχωρῆσαι πηγῆν. Ἄλλ' ὅστις ἦν, ἥκιστα τὸν
 μέγαν ἐλάνθανεν; Οὐκοῦν· οὐδὲ χαλκὸς χρυσοειδοῦς
 περιτακέντος ἄνθους, εἶτα τῇ Λυδίᾳ προσαγόμενος
 λήσει· βάσανον γὰρ ὁ θεὸς Πέτρος εἶχεν ἀκριβῆ
 τὸ τῆς ψυχῆς ὄμμα, τῇ πρὸς θεὸν νεύσει κακααρ-
 μένον. Καὶ τοῖσιν συνελθὺς τὸ ἔρασμα, μετριότητι
 τῶν ἐπηρμένων ἐκείνων ὁστέον καθαιρεῖ, καὶ μι-
 κροῖς μακρὰν ἰποδιοπομπεῖ τὸν φένακα λόγοις·
 Ἄνάξ ὁς εἰμι, λέγων, ἀγγελικῆς θεᾶς ἐγώ γε πῶς
 δ' οὐ; φησὶν, ὅς παρὰ τοῦτο καὶ τοὺς ἀνθρώπους
 ἔφυγόν τε καὶ φεύξομαι διὰ τέλους, ἀνάξιον ἐμαυ-
 τὸν γνοῦς τῆς μετ' αὐτῶν διατριβῆς, ὡς εὐτελέστε-
 ρον ἢ κατ' αὐτοὺς ὄντα, καὶ τὸ τοῦ Προφήτου φάναι,
 οὐκ ἄνθρωπον.

λδ'. Ὁ μὲν οὖν, ἰδιαίτατόν τι κρίμα, κατὰ τὸν
 Ἀπόστολον, τὸν τύπον ἔχων, τὴν ἐναντιοτάτην τοῦ
 ἀγίου μετριότητι μετὰ μὴδ' ἄλλως φέρων, ἢ τάχους εἶχεν,
 ἡλλοιοῦτο καὶ ἀπεδιδρασκε· Θεὸς δὲ, ὁ τοῖς ταπει-
 νοῖς διδοὺς χάριν, ἐπεμέτρει τῷ Πέτρῳ θαψιλῆ τὴν
 χάριν, οὐκ ἐν τῷ μέλλοντι μόνον αὐτὴν αὐτῷ τα-
 μειούμενος, ἀλλὰ τῆς ἀποκειμένης; ἐγγύθου ὡσπερ
 ἀρραβῶνα κἀνταῦθα προδεικνύς· τοῦντεῦθεν γὰρ,
 ἀνεπηρέαστος δικαίως ὁ μέγας διετέλει τὸν βίον
 ἀνύπτων. Ὡς γὰρ αἱ τῶν ὑψηλοτάτων ὁρέων κορυ-
 φαὶ πνεύμασιν ἤττον περιπνέονται, τῇ τοῦ οὐρανοῦ
 περιφορᾷ συγκινουμένου τοῦ περὶ αὐτάς ἀέρος,
 ἢ μέχρι καὶ ἐς αὐτάς διὰ τῶν συνεχῶν καθικνου-
 μένης, τῆς κάτωθεν τῶν ἀνέμων ὁρμῆς τε καὶ γε-
 νέσεως; ἐπικρατετέτρα δεικνύται τὴν αὐτὸν δὴ
 τοῦτον τρόπον, καὶ τοῦ Πέτρος νῦν ἐπὶ τὴν ἄσπτον
 ὡσπερ σκοπιὰν πάσης ἀρετῆς, δηλονότι τὴν ταπει-
 νωσιν ἀναδεδραμηκέντος, καὶ τοῦ ἀνωτάτου πνεύ-
 ματος ἐμπνεουμένου τε καὶ περιπνεομένου χάρισιν,
 ἢ τῶν πονηρῶν πνευμάτων φάλαγγ' κάτω που
 παρῆται προστηκόντως, καὶ ἀπελήλαται, τῶν πε-
 ριῶν αὐτοῖς, ὡς τῆκεται κηρὸς, ὑπὸ τοῦ θεοῦ διαλυ-
 θέντων πυρὸς, ὡσπερ φασὶ καὶ ταῖς ὑφ' ἡλίου θερ-
 μοτέροις προσβολαῖς, τὴν κατὰ τοὺς μύθους Ἰκάρου
 μετὰ τῆν.

λε'. Ἀλλὰ γὰρ ἡ τοῦ θεοῦ Πνεύματος ἐπιπνοια,
 τὰς κακούργους ἀπώσαμένη δυνάμεις, καὶ τοὺς
 ἀγαθοῦρους ἀντεπιφέρει λειτουργοὺς, καὶ ἄρτω
 τρέφει, τὸν ἐπὶ γῆς αὐτῆς οὐκ ἤττω τῶν ἄνω λει-
 ουργῶν, ταχταῖς ἡμερῶν περιόδοις δι' ἀγγέλου
 κομιζομένην. Ἡλιὰ μὲν γὰρ κῶραξ τὸ μισότεκνον
 ὑπηρετεῖτο ζῶον, σύμβολόν φασὶ τοῦ πρὸς τὸ ὁμό-
 φυλον ἀσυμπαθοῦς· Πέτρον δὲ, τῆς κατ' ἀγγέλου
 πολιτείας, ὁ δικαιοσιτῆς ἀγγέλος, ἀγγέλος σαφῆς·
 ὧς καὶ τὸ μάννα τῷ γενναίῳ ἐπιδεικνύσιν, αὐτοφθὲς
 ἡμοῦ τε καὶ πολυειδὲς ὄψιν, ἅτε τῇ τοῦ μεταλαμβά-
 νοντος ὀρίζεται, τὴν γευστὴν ποιότητα συμμετεβάλλ-

33. Verum enim vero tametsi malorum artifex,
 vel invitus fuerit laudator virtutis, et quam aptis-
 simam ad persuadendum orationem protulerit, mul-
 tum mellis, ut ita loquar, veneno miscens, insuper
 et signum ad fidem faciendam addiderit, efficiendo
 ut fons evanuisse sit visus; an ideo, quis esset,
 magnum virum latuit? Minime vero; nec enim
 latere poterit aes, circumfuso auri flore illitum,
 posteaquam Lydio lapidi admotum, fuerit: Lydium
 namque lapidem præstantissimum habebat divinus
 Petrus oculum mentis, recta in Deum intentione
 purgatum. Fabulam itaque intelligens, molestia sua
 superbium illum subito confundit, paucisque verbis
 impostorem procul anandat: Indignus, inquit,
 ego sum angelica visione (qui enim aliter fieri pos-
 sit?) ego qui etiam hominum conspectum fugi et
 fugere nunquam desinam: cum me indignum co-
 gnoscam conversatione ipsorum, ut pote vilio-
 rem conditione humana, atque (ut verbis Prophetæ lo-
 quar¹¹) non hominem.

34. Ille igitur, qui propriissimum aliquod judi-
 cium, ut Apostolus ait, superbiam habet, contra-
 riam sibi modestiam viri sancti nullatenus ferens,
 quam celerrime potuit, deposita larva fugam cap-
 passivit. Deus autem, qui humilibus dat gratiam,
 uberem ejus mensuram etiam Petro contulit, non
 tantum in futuro sæculo repositam, sed illic repo-
 sitæ securitatem, velut arrhabonem ei in hoc sæ-
 culo præstans. Ex illo namque tempore contumeliis
 diabolicis liber, juste perfecteque vir magnus vi-
 tium peregit. Quemadmodum enim summorum mon-
 tium cacumina ventis minus obnoxia sunt, quod
 aer illis circumfusus una cum cæli circuitu moveat-
 ur (circuitum autem illum, per continuationem
 usque ad ipsa cacumina pertingentem, validiorem
 esse, quam impetum ventorum inferne ortorum,
 manifestum est); eodem plane modo, cum Petrus
 jam in invisibilem omnium virtutum, ut ita loquar,
 speculam, videlicet humilitatem, evasisset, ac
 cælestis spiritus gratia afflatus perfususque esset;
 nequam spirituum cohortis merito in inferiorem
 quemdam locum dimissa abactaque est, alis eorum
 dissolutis ab igne divino, non secus ac cera liquescit;
 et, ut fabulæ referent, dissolutæ fuerunt Icaipi per-
 nix ardentioribus solis radiis.

35. Nempe divini spiritus favos, spiritibus ma-
 lorum machinatoribus repulsis, eorum loco bene-
 ficos submitit, ministros; ac virum, etiam dum in
 terris versabatur ministris cælestibus non inferio-
 rem certis dierum intervallis enutrivit, pane ab
 angelo delato. Eliæ quidem ministravit corvus,
 quæ volueris pullos suos odio prosequitur, quod
 symbolum notasse, aiunt, immisericordem ejus in
 contribules animum: Petro vero, angelicæ con-
 versationis viro, minister angelus, et quidem ma-
 nifeste angelus, adest, qui illi etiam monna exhibet,
 sponte natum et varii saporis opsonium, utpote

¹¹ Ps. lxxi, 7.

quod pro vario manducantis appetitu variam saporis speciem semper ingerebat. Versabatur itaque magnus Petrus, velut in paradiso ac terris altiore loco tenuia quaedam indicia retinens suæ cum rebus inferioribus ac terrenis communionis; vitam, re familiari, curis, negotiis, et (quod caput est) turbidis cogitationibus vacuam agens; atque puris animi moribus ac visionibus spiritualibus quotidie gaudens, et deliciis affluens.

CAPUT VII.

A venatore inventus, ei seriem vitæ suæ exponit; et cupientem illic manere, domum remittit.

36. Cum hoc modo annos sex et quadraginta feliciter peregisset, soli Deo vivens, solumque contemplanus, ab eoque solo vicissim contemplatus et enutritus, tandem, sub ipsum vitæ, quod aivat, occasum, uni soli homini, eum videre, superna providentia contigit. Venator is erat, qui dum venationi operam dans, per saltum oberrat, eumque prædæ diligentius indagandæ causa late circumspicit, prodit ante oculos cerva, visu pulchra, atque ejusmodi tum magnitudine, tum pinguedine, ut allicere atque adeo trahere a l persequendum se possit cupidinè venatoris. Talis igitur illic cerva alicunde e luco prosiliens progrediebatur, atque admodum lente, veluti de industria, semper fugitans, præcurrebat venatori, prædæ iuhianti; sicut nec in manibus, nec intra teli jactum veniret, neque vero ita procul subduceret, ut capi non posse videretur. Hoc modo in multam diem cerva fugiet at, fugabat venator; aut verius dicam, illa ducebat, iste sequebatur. Illa enim venatorem ad sanctum perduxit, iste concitato cursu antrorsum properans, oculis animoque e præda pendebat. Deinde videns repente hominem, perquam canum, squalentem, sordentemque, corrugatum, et omni operimento nudum, continuo in fugam repente se coniecit, metu correptus. Inexpectata enim visio, tametsi non admodum terrificata sit, nata est animum viri fortis in deserto percillere ac dejicere.

37. Cum ergo ille, timoris stimulo actus, pedem retro ferret, elata voce exclamans vir Dei: O homo, et ego homo sum, inquit: confide igitur, et omnia fuga, redire ad nos nullus dubita. Fortassis enim te hodie huc misit Deus, ut rerum a me gestarum auditor sis. Venator, tali voce percepta, primum quidem ad se ipse, deinde ad sanctum rediit; ejusque gesta diligenter ac suppliciter exquirens, a capite ad calcem perdidicit omnia: quæ causa ad meliorem vitam instituendam stimulaverit, quis exitus secutus sit, qualiter vitam in monte instituerit, quomodo ad perfectionem ascenderit, quas dæmoniis tentationes sustinuerit, quæ illo devicto tropæa crexerit, quam multis a Deo donis ac gratiis cumulatus fuerit. Hæc ille omnia cum audivisset, ac domum reversus esset, salutaris hujusce narrationis alios quoque participes facit: quæ etiam a parentibus ad filios, tanquam præclara hæreditas, transmissa descendit, et tandem ab aliquo

Α λουσαν ἀεὶ παρέχον. Ἐξή τοίνυν ὁ μέγας ὡς ἐν παραδείσῳ, καὶ τῆς γῆς ἐξηρημένῳ χωρῖφ. μικρὰ τινα σύμβολα φέρων τῆς πρὸς τὰ κάτω καὶ τὴν γῆν κοινωνίας· ἄσκειον, ἀπεριμέριμον, ἀπραγμάτευτον, καὶ, τὸ μέγιστον, ἀφάνταστον ἔργον ζωῆν ἀπλαῖς ἐπιβολαῖς τοῦ νοῦ, νοεροῖς δσημέραι θεάμασιν ἐντροφῶν καὶ γαννύμενος.

λς'. Ἀλλ' ἐν τούτοις οὕτως εὐδαιμόνως ἔξ ἐπιβιούς ἐτή πρὸς τοὺς τεσσαράκοντα, Θεῷ μόνῳ καὶ ζῶν καὶ ὄρῳν, καὶ ὑπ' αὐτοῦ μόνου καὶ τρεφόμενος καὶ ὀρώμενος, ὕστερον ἐπ' αὐτάς, ὁ φασί, τὰς τοῦ βίου δυσμὰς, ἐνὶ μόνῳ τῶν ἀνθρώπων κρείττονι προνοίᾳ Θεοῦ ἐγγέγει. Κυνηγέτης οὗτος ἦν ᾧ δὴ θηρωμένῳ, καὶ τὰς λόχμας περινοστοῦντι καὶ κατ' ἄγρην ἀκριθέστερον περισκοποῦντι τὴν ὕλην, πείραν ἀρπάσαι, πρὸ τῶν ὀφθαλμῶν ἑλαφος ὑπεκδύσα, καλὴ μὴ ἰδεῖν, ἰκανὴ δὲ θέλξει τε καὶ πρὸς τὸ μεταδιώκειν ἐπάραι θηρατοῦ ψυχὴν, τοῦτο μὲν εὐμεγέθης, τοῦτο δὲ κατάταχος οὔσα. Τοιαύτη τοίνυν ἐκεῖθεν πόθεν τοῦ ἄλλου προαλλομένη, προῆει καὶ καταθραχὺ λίαν ἐπίτηδες ἀεὶ διαφεύγουσα, προῆγε τὴν θῆραν ἐραστὴν, μὴτ' εἰσω γινομένη χειρῶν ἢ βελῶν, μὴτ' ἐκτὸς οὕτως, ὡς δοξάει μὴ θηράσιμος εἶναι. Καὶ οὕτως ἐπιπολὺ τῆς ἡμέρας ἢ μὲν ἔπευγεν, ὁ δὲ ἐδίωκε μᾶλλον δὲ, ἢ εἰσω ταληθὲς, ἢ μὲν ἤγειτο, ὁ δ' εἶπετο τῷ γῆρ ὄσφω φέρων τὸν ἄνδρα παρῆστοσεν, ὃς ἀκρατῶς ἐπὶ τὸ πρόσω σπεύδων, ἤμα τε καὶ νοῦν τοῦ θηράματος ἐξηρητημένως. Εἶτε' ἐξελίφνης ἀνθρωπον εὐ μάλα πολὺν ἰδὼν, ἀχμῶντα, ρυπῶντα, κατεββικωμένον, παντὸς περικαλύμματος ἐστερημένον, πρὸς φυγὴν εὐθύ; ἐτίραπετο περιδίζης γεγονῆς ἀπρυσδόκητος γὰρ ἐπ' ἐρημία; θεῖ, κἔν μικρὸν δεῖμα φέρη, δύναται πατάξει ψυχὴν ἀνδρός; καὶ δουλώσασθαι.

λς'. Ὡς οὖν ἐκεῖνος, φόβου νένηρω νυγείς, ες τοῦμπάλιν ἐπεστραμμένος ἦει, γεγωνὸν ἀναβοήσας ὁ τοῦ Θεοῦ ἄνθρωπος· Ἄνθρωπός; εἶμι καὶ αὐτὸς, φησὶν, ἄνθρωπος. Θαρῶν οὖν, καὶ τῆς φυγῆς ἀφέμενος, ἐπανήκων πρὸς ἡμᾶς προθυμῆθητι· Θεός γάρ ἴσως ᾧδὲ σε. τῶν κατ' ἐμὲ τῆμέρον ἀκρατῆν ἐσόμενον, ἐπεμψε. Τῆς φωνῆς οὖν ὁ κυνηγέτης αἰσθόμενος, καὶ πρῶτον μὲν εἰς ἑαυτὸν, εἶτα καὶ τὸν ὄσιν ἐπανελθὼν, καὶ τὰ κατ' αὐτὸν πρὸς ἀκριθείαν μεθ' ἑκτελείαν ἐξετάσας, καὶ οὕτως ἔξ ἀρχῆς ἄγρι τάλους ἐκμαθὼν, τὴν αἰτίαν τῆς ἐπὶ τὸ κρεῖττον ὀρμῆς, αὐτῆς τῆς ὀρμῆς τὴν ἐκβασιν, τὴν ἐπὶ τὸ ὄρος ἀγωγὴν καὶ ἀνάδασιν, τὰς ἐκ τοῦ πονηροῦ πείρας, τὰ κατ' αὐτοῦ τρόποις, τῶν ἐκ Θεοῦ χρισμάτων τὸ πλῆθος, πάντων ἐλθὼν εἰς ἀκοήν, εἴη' οὕτως οἶκαδ' ἀναλύσας, τοῦ σωτηρίου τοῦδε καὶ τοῖς ἄλλοις μεταξὶδωτι διηγῆματος ὁ δὴ παρὰ πατέρων οἰείσιν, ὡσπερ ἀγαθοῦ τινος κλήρου, παραπιμπομένου τε καὶ κατ' ὄντος, ἦδη δὲ τινος καὶ

ἀνάγραφτον ποιησαμένου, μέχρι καὶ πρὸς ἡμᾶς εὖ ποιούν ἔδη φθάνει· τῇ τε μνήμῃ νεάζον, καὶ τῆς ὀνησίμου δυνάμεως οὐχ ὑφειμένως ἔχων, πᾶσι παντὸς ἀγαθοῦ παράδειγμα προκείμενον, καὶ βίου τοπαράπαν ἀπλανοῦς ἀρχέτυπος· εἰκῶν, καὶ πάσης ἀρετῆς ἰδέα, πάσης κακίας ἀμιγής.

λη'. Ἄλλ' ὁ μὲν λόγος ἐπιείγεται πρὸς τὸ τέλος· ἐγὼ δ' αἰσθάνομαι πολλὰ τὰ τῶν ἀναγκαίων εἰρηθεῖσαι παραλιπῶν, ὧν ὀλίγα προσθεῖς, καὶ ταῦτα τῶν μετὰ τὴν πρὸς Θεὸν ἐκδημίαν ὑπηρεγμένων τῷ θαυμασίῳ, προσήκον ποιῆσω τῷ λόγῳ τέλος. Μιχρὸν οὖν αὐθις ἀναληπτέον. Τεθεαμένους γὰρ ὁ κυνηγέτης ἐκεῖνος τὸν τοῦ Θεοῦ ἄνθρωπον, καὶ εἰς λόγους ἔλθων, καὶ γνοὺς αὐτὸ τοῦθ' ὡς ἀληθῶς ὄντα Θεοῦ ἄνθρωπον, μᾶλλον δ' ὑπὲρ ἡμᾶς φάναι, καὶ ἀγγελὸν ἀτεχνῶς Θεοῦ, καὶ μύστην τῶν ἄνω καὶ θεωρὸν· οὐ δεκάτης ἀπὸ τῶν ἐνόνητων ἐδίδου, καθάπερ Ἀβραάμ πάλαι τῷ Μελχισεδέκ ἐντυχῶν· οὐδ' ἀπὸ τῶν οἴκοι τεθησαυρισμένων ὑπεσχνεῖτο κομίσειν, ἢ τὸ ἡμισυ τῶν ὑπαρχόντων πτωχεῖ· διδόναι κατὰ Ζαχαῖον· ἀλλ' ὄλον ἐαυτὴν Θεῷ, καὶ τῷ κατὰ Θεὸν ἀνδρὶ παρέξειν ἥρειτο, ζημίαν ἡγούμενος τὴν ἐπάνοδον, καὶ τὴν ἀπ' αὐτοῦ διάζευξιν οὐκ ἐπὶ νοῦν ἔχων. Ἐντεῦθεν, ταύτην ἐπαγγέλλω σοι χάριν, ἔλεγε, θειοτάτη μοι κορυφή, παραδέξασθαι μου τὴν συνοικίαν, ἵν' ὑπὸ σοὶ διδασκάλῳ ταττόμενος, τὸ λοιπὸν καὶ αὐτὸς ἀσαλῶς κατὰ Θεὸν βιώσω, δυνηθεὶς διαδρᾶναι τὰς ποικιλίας τῶν τῆς πονηρίας πνευμάτων ἐνέδρας, καὶ πρὸς αὐτὴν φθάσαι Θεὸν, τὴν κοινήν τῶν εὖ βεδιωκότων ἀνάπαυλαν· ὃς καὶ προσδραμεῖν αὐτῷ πάντας διακελεύεται, καὶ προσιόντας προσίεται φιλοφρόνως, καὶ τῶν μειζόνων ἢ κατ' ἐλλείδας ἀξιοῖ. Γενοῦ τολύον κἄν τούτῳ μιμητῆς τοῦ Δεσπότη, καὶ τὴν ἐμὴν μηδαμῶς ἀπαξιώσης εὐτέλειαν. Οὐ γὰρ ἔτ' ἀνέχομαι σου τῆς θείας ἀποσχέσθαι, τοῦ Θεοῦ ἄνθρωπε· σοῦ γὰρ εἰ διασταίην, ἀδίωτον οὐκ ἀπεικίτως ἐλύσω βίον· ὡσπερ εἰ θησαυροῦ μετέχειν ἔξην, καὶ θησαυροῦ τῆς γῆς ἀπάσης τιμιωτέρου, εἴτ' αὐτὸς ἐκὼν ἐμαυτὸν ἀπήγαγον, στερήσας τῆς καλῆς μετουσίας.

λθ'. Ἄλλ', Οὐχί, φησὶν ὁ καὶ τὰ πρόβριον προβλέπων οὕτως Πέτρος· μὴ δ' οὕτως, ὡ οὕτως, ἀρτίως διανοοῦ. Σοὶ γὰρ δὴ καὶ σύζυγος οἴκος κἀθηται, καὶ προσήκοντες κατὰ γένος ἐπιτετράφεται, καὶ προσέτι πρόσσεσιν οὐσία πολλή, πολλῶν πενήτων ἐμπλήσαι δυναμένη γαστέρα. Ἄγε δὴ μοι, φίλον τέκνον, βοηθὸς ἐπανελθὼν γενοῦ κατὰ τῆς ἐνδείας, τοὺς ὀπὸ ταύτης ἀπειδίως πιεζόμενοι, καὶ μὴ ἀντήσης ἐπικρυκεῖν αὐτοῖς, ἄχρι καὶ σαυτὴν ἐν ἴσῃ καταστάσει· μοίρα. Τότε γὰρ ἴσως εὖ ποιῶν ἐπὶ τὸν αὐχένα τὸν Χριστοῦ ζυγὸν ἀναθήσῃ· « Πτωχοὶ γὰρ, ὡς αὐτὸς εἶπεν, εὐαγγελίζονται· » προσέχη δὲ σαυτῷ, καὶ ταῖς γυναικῶν ὁπόση δύναμις ἔδουαίς τε καὶ μερίμναις ἀποταξάμενος, παράμενον τρεῖς ἐν τῇ σῇ καρδίᾳ τὴν τοῦ Θεοῦ μνήμην, τὴν ἐπ' ὀνόματι τούτου μελέτην, τοῖς ἐν κρυπτῷ τῆς ψυχῆς ταμεῖσι· ἀνάγραφτον ὡσπερ ἐνθέμενος· ὁλοῖς τε βίβλοις καὶ

A litteris quoque mandata, non sine multa utili ac ad nos usque pervenit; ac memoria sui renovata, non parum virtutis proficuae continens, exemplum omnis boni cunctis proponitur, principalis imago vitæ undequaque innocentis, forma omnimodæ virtutis, omnimodæ libis expert.

38. Sed oratio nostra finem spectat: quamvis existimem multa, quæ dici deberent, præmissa esse; quorum pauca, quæ post mirabilis viri ad superos transitum contigerunt, nunc referens, aptum orationi finem imponam. Quamobrem paulo altius repetenda mihi oratio est. Postquam venator ille famulum Dei viderat, allocutus fuerat, ac vere cognoverat, hominem sanctum esse; aut potius majorem hominibus, angelum revera Dei, cælestem sacerdotem, ac Deitatis contemplatorem videri; non decimas eorum quæ possidebat, uti olim Abraham Melchisedeco occurrens, largitus est; neque thesauros domi reconditos allaturum, aut dimidium honorum suorum, exemplo Zachæi, pauperibus daturum se promisit; verum sese Deo divinoque viro totum addicere statuit, reditum supplicio sibi ducens, et omnino cogitans nunquam se ab illo dividendum. Qua de causa hanc a te gratiam peto, inquebat, vir sanctissime, ut in societatem tuam me recipias, quo te magistro reliquum vitæ meæ, curarum expert, Deo impendam; varias malignorum spirituum insidias caveam; atque ad Deum, communem omnium, qui beato fine vitam clauserunt, requiem perveniam; Deum, inquam, qui omnes ad se jubet venire, venientes benigne excipit, ac majoribus quam speraverant præmiis remuneratur. Fac igitur in hoc quoque Dominum tuum imiteris; atque exiguitatem meam, quæso, ne repudies; nondum enim ab aspectu tuo, vir Dei, possum avelli. Quod si avelli me omnino velis, miserabilem impasterum, nec injuria, tractorus sum vitam: veluti si thesaurum in potestate mea haberem, et quidem omnibus mundi divitiis præstantiorem, cujus ego possessione me postea mea sponte exuerem.

39. Non sic, inquit qui futura prævidebat Petrus, non sic modo cogita, bone vir. Sedet namque tibi uxor domi, et propinqui tuæ curæ commissi sunt; D accedit quod res familiaris tibi lauta suppetat, quæ plurimum egenorum latrantes stomachos possit sedare. Age igitur, dilecte fili, revertere, et inopia graviter laborantium optulere, nec prius desine illis erogare quæ habes, quam ad parem iis redactus fueris conditionem. Tunc enim fortasse bene faciendo mereberis ut Christi jugo collum subdas: « Pauperes quippe, ut ipse ait, evangelizantur »¹². Attende vero tibi ipse; voluptatibus curisque terrenis nuntium quantum fieri potest remitte; perpetuam in animo tuo serva memoriam Dei, ejusque nomen in secreto cordis tui meditando veluti inscribens, sacras paginas atque eloquia singulis diebus horisque singulis studioso lectita,

¹² Matth. xi, 5.

Cumque in his anni spatium exegeris, si ad nos reverti animo collubitum sit tuo, quid te fieri velit Deus, manifestius cognosces.

λογίους ἐντυγχάνη ἔσαι ἡμέραι τε καὶ ὥραι. Κον τοῦτοις ἐνταυταῖον χρόνον ἡγουκίως, ἦν πρὸς ἡμῖς αὐθις ἀπὸ λχθαι προθυμηθῆς, εἰση τὸ περὶ τοῦ θελήμα τοῦ Κυρίου τρανότερον.

CAPUT VIII.

Mortui cadaver dæmonem expellit, ac navi impostum auferitur.

40. Cum hæc effatus precatusque esset, sermonem abruptit, atque a venatore recessit. Hic vero domum revertitur: jamque determinato tempore præterlapso, fratrem quem habebat a malo dæmone insessum, cum duobus monachis conducens, scapha ad sanctum proficiscitur: et impulsus qua parte se memineral recto in montem itinere progressum, interiori ejus loco sanctum reperisse, una cum sociis vectoribus navi exscendit, atque iter quod per montis latus ad virum sanctum ducebat ingreditur, citatiore passu quam alii properans. Anima quippe, quæ stimulis impellitur amoris, tametsi alis instructa sit, non satis cito desideria sua attigerit. Ita ille fervido impetu, secum ascendentes longe præcurrrens, ad locum desideratum primus pertingit; atque oculis accuratius pervestigans omnia, conspicit viri sancti cadaver, admodium decenter jacens, cum spiritus inde excessisset, atque ad spirituum Dominium provolasset.

μ'. Ταῦτα ὁ μέγας εἰρηκῶς τε καὶ ἐπευξάμενος, παύει τε ὁμιλῶν, καὶ τοῦ κυνηγέτου δίσταται δὲ οἰκᾶδα ἐπαυθῶν, ἦδη τοῦ ὠρισμένου χρόνου παρρῶνεντος, ἀδελφῶν ἔχων δαιμονίῳ ποτηρῶ κάτοχον, μοναχοῖς τισι δύο τοῦτον συμπαρλαθῶν, δι' ἀκατίου στέλλεται πρὸς τὸν ὄσιον καὶ δὴ προσορμίσας, οὐ κατ' εὐθὺ τοῦ ἔρους ἐνδοτέρῳ τῷ γενναίῳ ἐνταυχῆκῶς ἠπίστατο, συναποβαίνει τοῖς κεκοινωνηκίσι ἐκεῖνοις τοῦ πλοῦ καὶ διὰ τῆς ὑπωρείας, τῆς πρὸς αὐτὸν ἠψατο φερούσης. Συντονωτέρῳ δὲ οὗτος τῶν ἄλλων πορεῖα χρώμενος (ψυχῆ γὰρ ἀγάπης κέντροις ἐλαυνομένη, τάχ' ἂν οὐδ' εἰ πετερὰ σχοίη, κόρον σχοίη τῆς πρὸς τὰ παιδικὰ ταχύτητος) οὕτως οὖν ἐκεῖνος ὁρμῆ ζεούση, τοὺς συναυίνοντας πολὺ παραδραμῶν, καὶ τῷ ποθυμένῳ τῶν τόπων ἐπιστάς, ὀξύτερόν τε τὴν ὄψιν ἐπιβάλλων, τὸν νεκρὸν ὁρᾷ τοῦ μεγάλου, κοσμίως εὐ μάλα κείμενον, τοῦ πνεύματος ἀποδεδημηκίτος, καὶ πρὸς τὸν τῶν πνευμάτων ἐπιδεδημηκίτος Δεσπότην.

41. Tam acerbo ille spectaculo, veluti sagitta quadam confixus, lugubrem edidit clamorem, petus percussit, lacrymas fudit, ingemuit, ejulavit; Quid, inquiens, de misero me fiet? Spe excidi, thesaurus ablatus est, salute privatus sum, et quas exspectabam animas divitias omnino misere perdidit. Ita inquebat, nondum experientia doctus, mortuum illum non exiguas esse divitias, et esse thesaurum qui possessores suos non parum juvare possit. Paulo post etiam dæmoniacus illa una cum monachis advenit. Is continuo conclamare, contorqueri, ac toto conturbari corpore; manus indecore protendere, ac pedes pari modo movere; horrendum et non humano more oculos distortere, atque dentes inter se collidendo indecorum strepitum et absurdum sonum emittere, et multam demique spumam ore protrudere, ortam ex eo, quod crebro expiraturus exspirare non posset, tum propter inordinatum organorum motum, tum propter phlegmatum profluvium, ex turbatione cerebri natum, tum quod insidens spiritus se quoque admisceret.

μα'. Τῇ πικρᾷ τῶντων ἐκεῖνη θέξ, καθάπερ τινὲ βέλει πληγείς, πικρῆς ἠρίει φωνᾶς, τὰ στέρνα τύπτων, δακρύων, οἰμώζων, δλοφουρῶμενος· Τίς γένωμαι, λεγων, ὁ τάλας ἐγώ; τῶν ἐλπίδων ἐψεύσθη, τὸν θησαυρὸν ἀφῆρῶθη, τῆς σωτηρίας ἐστερηθῆν τῆς ἑμαυτοῦ, καὶ τοῦ κατὰ ψυχὴν μοι προσδοκίμου πλοῦτου τελῶς ἀθλίως ἡμάρτηκα μῆ-ω πείρῳ μαθῶν, ὡς καὶ νεκρὸς ἐκεῖνος ἦκιστα μικρὸς τις πλοῦτος, οὐδὲ θησαυρὸς μικρὰ τοὺς εὐμοιρικότας ὄνηται δυνάμενος. Μικρὸν ὄσον, καὶ δαιμονῶν ἐκεῖνος συνανῆλθε τοῖς μοναχοῖς· ὅς δὴ καὶ ὑπὸ φωνος εὐθὺς ἦν, ἐστροβοῦτό τε, καὶ τὸ πᾶν συνεκλονεῖτο τὸ σῶμα, τῷ τε χεῖρε προὔτεινεν ἀκόσμως, καὶ τῷ πῶδε τὸν ὅμοιον διεκίνει τρόπον, δεινὸν τε, καὶ οὐ κατ' ἀνθρώπους τῷ ὀφθαλμῷ διέστραψε· καὶ τοὺς ἐδόντας ἀλλήλοισ προσαράσων, ἀπερεπῆ προέπειπε ψόρον, καὶ ἀπηχῆ τινα ἤχῃν τῆς δὲ οἱ ἐκπνοῆς ἀθρόας μῆ διεκπνεῖσθαι δυναμέντις, διὰ τὴν τῶν ὀργάνων ἀτακτον συγκίνησιν, καὶ τῇ διὰ τὸν ἐν ἐγκεφάλῳ κυκεῶνα συβρόλα γινωμένη τῶν φλεγμάτων, τοῦ ἐνισχομένου συναναμιγνυμένου πνεύματος, πολὺς προὔχετο τοῦ στόματος ἀφρός.

42. In homine, ita miserabiliter affecto, inhabitans spiritus per os ejus sermonem promebat, quo ipsum sancti cadaver, veluti si adhuc beatæ animæ conjunctum esset, alloquebatur: Nondum satietas te cepit, inquiens, erectorum in dedecus meum tropicorum, homo insatiabilis? Tres et quinquaginta anni sunt, ex quo me crudeliter jactare, percui, exterminare non desinis. Ad meas vero sagittas, quas non unius generis in te ego jaculatus sum, tu non secus ac adamas petra, ex nominis tui

μβ'. Ἄλλ' οὕτω, φεῖ! ἔλειπνῶς ἔχοντος, καὶ λόγους ἐτράνου δι' ἐκεῖνου, τὸ ἐνοικον ἐν ἐκείνῳ πνεῦμα, καὶ τῷ τοῦ ὁσίου νεκρῶ καθάπερ ἐτι συνημμένῳ τῇ μακαρίῳ τούτου ψυχῇ, διελέγετο· Οὐκ ἔλαδὲς πω, λέγων, κόρον πῶν κατ' ἐμοῦ τροπαίων, ἀκόρεστες; τρεῖς; ἦδη καὶ πεντηκόντα ἐνεπατοὺς οὐκ ἀνῆκες βάλλων, διώκων, ὑπερορίζων ἀφειδῶς ἡμᾶς σὺ δὲ πρὸς τὰς παρ' ἡμῶν παντοίας τῶν βελῶν ἀφίσει; ἴσα καὶ πέτρος ἀδάμας φερωνύμως δέχαισο, καὶ οὐδὲ νῦν γ:ῦν ἀποχρῶν

εἶναι σοι δοκεῖ, καὶ ταῦτ' ἐξ ἀνθρώπων γέγονε, ἄ
εἰ μὴ καὶ τούτων με προσαπελάσεις τοῦ ἀνθρώ-
που, καθ' ὃ πολλὰς μὲν πρότερον τεμῶν ἔδοξ',
μόγις δὲ ὅμως πάροδον εὗρον καὶ εἰσρῆν εἰκῶ·
ἀλλ' ὀβριμῶν οὐ πείσομαι, οὐδ' ἐξελεύσομαι, τὸ
μόνον εὐφρῆς ἐμοὶ σχεδὸν καταγώγιον ἀπολιπόν.

μγ'. Ἐπὶ τούτοις, ὃ τοῦ θαύματος! τοῦ κειμένου
τὴν νεκροπρεπῆ τε καὶ ὑποχρὸν ὄψιν, ὅπ' ἔψιν
ἀποθεμένου τῶν παρεστώτων, κατὰ τὸ φαεινότερον
ἀμειψαμένου, τὴν χροιάν, τοῦ δαιμονώοντος ἀπλη-
λάττετο τὸ δειμόνιον, καπνοῦ δίκην διὰ τοῦ στό-
ματος ἐκφερόμενον· ὡς εἶναι φάσαι μικρὴν ὑπαλ-
λάξαντα τὸ τοῦ Δαβὶδ, Εὐφρανθέντος τοῦ δικαίου
(τούτου γὰρ ἄγγελος ἢ τῆς χροίας ἀλλοίωσις) ἐξέλι-
πον ὡσεὶ καπνὸς ὁ τοῦ Θεοῦ ἔχθρός. Τί τούτου
πολλῶ μείζον εἰς θαύματος λόγον, τῶν νῦν ἢ τῶν
πρώτων; Νεκροῦ; ἀνέστησαν ἤδη τῶν πάσαι τινας,
Ἡλίας ἐκεῖνος, Ἐλισσαῖος μετ' ἐκεῖνον, ὃ καὶ δι'
ἐκεῖνου τῆς διπλασίονος μετείληχός χάριτος· ἐκυ-
την δὲ οὐδεὶς, ὅτι μὴ Χριστός, ἐπὶ τὸ ζῆν ἐπανή-
γαγεν· οὐ δὴ καὶ οὗτος ἐγγύς, ὡσπερ ἐπὶ τῆς
ἀπαθοῦς διαγωγῆς, οὕτω κατὰ τῶν θαυμάτων
ἀψιχθαι, διὰ τῆς ἐκεῖνου χάριτος· ἤξιώθη. Εἰ δὲ
καὶ τοὺς εὐ παθόντας· ἐξετάζοι τις, τοσοῦτον εὐ-
χραιότερον ἀναδύσεως, δαίμονος· ἀπαλλαγῆναι,
ὁπόσον τὸ δαιμόνιον τοῦ τεθνάναι ἀπευχραιότερον
εἶεν.

μδ'. Ὁ μέντοι θηρατῆς· ἐκεῖνος, ἐπὶ τὸ χαίρειν
ὑπὸ τοῦ πνεύματος μεταβαλὼν, ἅμα τ' ἀδελφῶ σω-
φρονῶντι, καὶ τῇ συνεκδήμῳ τῶν μοναχῶν συνω-
ρῆθι, τὴν σορὸν ἀνελάμενος, καὶ τῷ πλοίῳ κοσμίως
ἐνθάμενος, τὸν ἀνάπλουον διὰ τοῦ πρὸς βορὰν τε-
τραμμένον τοῦ ὄρους ἐποικεῖτο μέρους. Τέως μὲν
οὖν, ἐξ οὐρίας ἢ ναῦς ἐφέρετο· σεμνείου δὲ τις
ἀντικρὺς γεγονόςια, μὴθ' ἑτέρου πνεύματος ἀν-
τιπνεύσαντος, μήτε τοῦ φέροντος ἀπολιπόντος,
ἀλλ' οὐδ' ὑφειμένου, τοῖς σκοπέλοις ἐπίσης ἀμετά-
βατος ἦν. Οἱ μὲν οὖν προτεπετίθουν τὴν ἀπ' αὐ-
τῶν συνέργειαν τῇ ρύμῃ τοῦ πνεύματος, ἢ δυνά-
μειος εἶχον ἐρέττοντες· ὃ δ' ἐγκείμενος, οὐ τοῦ
πνεύματος ἄρα μόνον, ἀλλὰ καὶ τῶν ζώντων ἐκεί-
νων ἐκ πολλοῦ τοῦ περιόντος κρείττων ἦν, μᾶλλον
δὲ, ὃ καὶ νεκρῶν καὶ ζώντων Κύριος, παρ' οὐ
πάνθ' ὑπερφυῶς ἐτελείτο... τοῦ μὴ καταλιπεῖν
τοῦτο τὸ θεῖον ὄρος, τῆς ἐναγωγίου βιοτῆς ἀνήκουον,
τοῦ κατὰ Δανιὴλ τῶν ἐπιθυμιῶν ἀνδρός, τοῦ θεοῦ
τούτου Πέτρου δηλαδὴ. Τοῦ πρὸσω τοίνυν κοινηῇ
πάντας ἀπογόντες, ἔκρουσαν τότε πρῦμναν, καὶ
οὕτω πειθηνίῳ τῷ πλοίῳ χρητάμενοι καταίρουσιν
ἐπὶ τὸ καταντικρὺ σεμνεῖον ἐκεῖνο, κἀνταῦθα τὴν
ἐπέραστον ἐκεῖνην ἀκουσίως ἐναπιτίθενται· σορὸν.
Ἄλλὰ γὰρ τῶν ἐνταῦθα γενομένων θαυμάτων
καταλέγειν τὸ πλῆθος, ἐπίσης οὐτ' εὐκαιρον, οὐτε
δυνατόν.

¹³ Psal. LXXII, 3.

etyma restitisti; et ne nunc quidem, postquam e
vivi excessisti, sat s tibi egisse videris, nisi hocce
etiam homuncione me expuleris; in quem, postea-
quam multum prius confecissem itineris, vix tan-
dem invento aditu irrepsi ac habito. Verumtamen
non tibi parebo, non hinc excedam: cum hoc tan-
solum, genio meo aptum, supersit hospitium.

43. Ad hæc, o miraculum! quod jacebat cadaver,
exortuam pallidamque faciem in astantes ol-
vertit, eamque latiori colore induit: tum illico
recedit ab encergumeno dæmon, per os ejus adin-
star fumi elatus, ut modice mutato Davidico illi
uti liceat: Latante justo (lætitie quippe index erat
coloris mutatio) defecit sicut fumus inimicus
Dei¹³. Quodnam hoc factu majus miraculum dī i
potest, aut nostra aut majorum memoria, conti-
gisse? Nonnulli jam pridem revocarunt mortuo-
ad vitam, videlicet Elias et post hunc Elissæus, qui
per illum etiam duplicem gratiam adeptus est; sed
nemo unus, si Christum excipias, seipsam vitam
restituit. Ad Christum autem, gratia ejus adju-
vante, Petrus, uti vita perturbationibus superiore,
ita etiam gloria miraculorum, propius accedere
meruit. Si quis vero etiam, quinam ejus benefi-
centiam experti sint, exquirat, noverit is tanto
optabilius esse liberari dæmonio, quam resuscitari
a mortuis, quanto morte ipsa tristius est a dæmonio
vexari.

44. Venator porro ille, verso in gaudium luctu,
una cum fratre sibi jam restituto, binisque mona-
chis viæ comitibus, cadaver tollit, navigio decenter
imponit, ac versus borealem a monte plagam rena-
vigat. Et secundo quidem ferebatur vento navis,
donec e regione ejusdem cœnobii provecta, nullo
alio in contrarium flante vento, et secundo illo
non ponente, imo nec imminente, non aliter quam
scorpula, locis eodem immota hæsit. Vectores igitur
suam cœni in proventu vento conferebant operam,
toto conate remis incumbentes. Sed mortuus ille
qui jacebat in navi, non modo ventis, sed ipsis
etiam vivis hominibus immensum viribus præ-
stabat; aut potius præstabat ille, qui mortuorum
æque ac vivorum Dominus est, a quo cuncta perfici-
ebantur egregie, ut ne sacer hic mons perderet
inauditam laboriosæ vitæ memoriam viri, uti Daniel
ait, desideriorum, divini videlicet Petri nostri. U-
teriore in itaque progressum omnes simul despe-
rantes, puppim antrosum pepulerunt; atque ita
obsequens sibi navigium nacti, appulerunt ad mo-
nasterium illud quod e regione positum erat, ibique
amatam impense cadaver illubentes deponunt.
Multitudinem vero miraculorum, eo in loco patra-
torum, deinceps enumerare æque importunum ac
impossibile foret.

CAPUT IX

Depositum Photocomi sacrum corpus dæmoniacos sanat, ac templo festoque honoratur.

45. Illi autem, quos supra in licavit oratio nostra A
inia cum venatore vecios fuisse, neutiquam ferendum putantes, sese a sacro illo thesauro avelli, simulanter rogant quidem ut recipiantur atque annumerentur in illic feliciter commorantium numerum, ibidem vitam et ipsi finituri: post moram vero non diutinam auferentes thaumaturgum illud corpus, in Thraciam trajiciunt, ibidemque illud denuo deponunt inviti. Dum enim iter faciunt, instante prandii tempore, locus, qui prope tunc aberat, ad illud parandum aptissimus eis forte visus est. Fons quippe inde manabat, aspectu pulcher et gustu suavis: circum autem ipsum mollis virebat herba, gratum præbens recubium ac diversorium; ibidemque non deerant arbores, ad aquæ decursum plantatæ.

46. Ex altis itaque ramis linteum, quo pretiosum cadaver, ipsi viventibus vigore præstantius, involutum erat, suspendunt, ejusque umbram ipsi subeunt, ac assidentes fonti proferunt quos penes se habebant cibos, atque manducant. Cum repente innumerabilis multitudo omnis ætatis, concurrentes altamque vociferantes, et manus horrendum contorquentes, impetu in ipsos invadunt, summa se injuria affici a Petro et male torqueri lamentantes. Lamentationis autem hæc summa erat, quod a Petro tum aliis pluribus e loris, tum ex hoc ipso expellerentur.

47. Prope enim a fonte aberat, pagus, Photocomis nomine, in cujus vicinia olim porticus constructa fuerat, ubi ingens multitudo dæmoniorum morabatur; quæ Petrum adesse sentientes, manere loco illo nequiverunt. Quo enim pacto dæmonia, quæ meræ tenebræ sunt, virum cælestis luminis indeque promanantis gratiæ plenum, ferrent præsentem? Quemadmodum enim adorandum illud Christi corpus, quod eandem cum subsistente Verbo divino personam habebat, etiam tum cum triduo ab anima separatum fuit, non item separabatur a Deitate; ita pariter corpora illorum, qui dum vivebant Spiritum sanctum conseruti fuerunt, ne quidem post mortem, ab eodem inhabitante Spiritu divino deseruntur. Idem sane Spiritus qui etiam illic tunc aderat, adventu suo obstacula diffians, inimicorum spirituum terrefaciebat fugabatque agmina, quæ universam Photocomin impudenter invaserant, ejusque incolas omnes in furorem egerant atque commoverant: sed nihil quidquam omnino lucri inde retulerunt, quam ut aperta fuga sua se victos testarentur.

48. Nam turba illa hominum furore percitorum, illico sanæ menti modestiæque restituta, prius etiam quam ad suspensum, quod diximus, beati Petris linteum contingeret, inconditos antea cla-

μα'. Οὐδ' ἀποτέρω φθάσας ἐδῆλωσεν ὁ λόγος σύμπλους γεγενησθαι τῷ κυνηγέτῃ, μηκέτ' ἀνεκτὸν ἡγεῖσθαι διαστῆναι τῆς ἀγίας ἐκείνης σοροῦ, σαρψάμενοι, δέονται μὲν ὑποδεέσθαι τε καὶ συντεταχῆναι μετὰ τῶν αὐτῆς εὐμοιρηκότων ἐκεῖνων, ὡς διὰ τέλους ἐκεῖ βιώσοντας· προσολύγον δὲ παραμνηκότες, ὑφαιρούνται τὸ θαυματοποιεῖν ἐκεῖνο σῶμα, κατὰ τῆς Θράκης διαπόντιοι μεταβαλόντων· οὐδὲ πού καὶ κατατιθέασιν αὐθις οὐχ ἐκόντες εἶναι. Μετ' οὗ γὰρ παρεουμένων, ὁ τοῦ ἀρίστου καὶ ἐ; ἐφεστῆκει· καὶ ὁ παρακαλιμένος σοισι τῆνικαὶ τὰ τόπος οὗτω τυχῶν, πρὸς ἀρίστον ἀρίστος ἐτύγχανεν ὢν· πηγῆ μὲν γὰρ ἐκεῖθεν ἀνεβήγγυστο, διε:δῆ; μὲν ἰδεῖν, ἠδὲ τὰ δὲ πλεῖν· κύκλω δὲ περὶ αὐτὴν μαλακῆ τις ἐτεθήλει πᾶσα, διαίτη τε καὶ καταλύσει B
χαριεν· καὶ που καὶ φυτὰ τῇ διεξόδῳ παραπεφύκει τοῦ ὕδατος

μα'. Ὑψοῦ τοιγαροῦν τῶν πτόρθων ἐξαρτήσαντες τὴν δόξην, ἣ τις ἐνεθεταυρισμένον εἶχε τὸν τῶν ζῶντων ἐνεργέστερον νεκρὸν, ὑπελθόντες αὐτοὶ τὴν σικάν, καὶ τῇ πηγῇ παρακαθίσαντες, παρέβαλον τε τῶν ἐνόντων ἐδωδύμων, καὶ ἤπτοντο τροφῆς· ἐξαίφνης δὲ πλῆθος ἀριθμοῦ κρείττον, ἐκ πάσης ἡλικίας συγκεκροτημένον, μέγα ἀνακράζοντες προσήλαυον, ὄρμηι τε χρώμενοι, καὶ περιδινήσει τῶν χειρῶν ἀσχημονί, τὰ μέγιστα τε ἀδικεῖσθαι λέγοντες, καὶ κακῶς ὑπὸ τοῦ Πέτρου πάσχειν· οὗτος γὰρ ἦν ἡ πᾶσα τῆς κραυγῆς ὑπόθεσις, ἐγκαλούμενος ὅτι πολλαχόθεν τε ἀλλοθεν, κάκειθεν ἀπήλαυεν αὐτούς. C

μα'. Τῇ γὰρ πηγῇ παρῴκει κώμη, Φωτοκώμης ταύτῃ τὸ ἐπώνυμον· πλησίον τοίνυν παρ' αὐτῆ; ἐκ παλαιοῦ στοά τις ἦν ἀνωκοδομημένη. Ταύτῃ σύστημα δαιμονίων παμπληθὲς ἐπεχωρίαζε· ταῦτα τῆς τοῦ Πέτρου παρουσίας ἡσθημένα, μένειν ἐπιχώραν οὐκ ἐδύναντο· πῶς γὰρ ἂν, σκότος ἀτεχνῶς ὄντα, τὸ φωτὸς τοῦ ἀνωτάτω μέτοχον καὶ τῆς ἐκεῖθεν χάριτος δοχεῖον, ἔσχεν ὑπομείναι παρῆν; Ὡσπερ γὰρ τὸ τῆς αὐτῆς ὑποστάσεως εὐμοιρηκῆ; τῷ ἐνυποστάτῃ Λόγῳ προσκυνητὸν ἐκεῖνο σῶμα, καὶ τῇ τριημέρῳ διαζεύξει τῆς ψυχῆς, ἤκιστα διέστη τῆς θεότητος· οὕτω κατὰ τῶν ἀγίου Πνεύματος ἐν τῷ ζῆν τετευχότων, εἶτα τεθνηκότων, τὸ ἐνφωτισμένον ἐκεῖνο θεῖον Πνεῦμα, τῶν νεκρῶν σωματίων οὐκ ἀπίπταται. Τοῦτ' ἄρα κάκει τῆνικαὶ διὰ τῆς ἐπιδημίας ἀντιπνεύσαν, τὰς τῶν ἀντικειμένων πνευμάτων ἐξωθοῦν διαταράττει φάλαγγας, αἱ δὲ πανδημει τῷ Φωτοκώμῃ τεισκόμασαν, καὶ πάντας ἐκβακχέουσαι, συγκινοῦσαι ἤσαν· μηδὲν πάντως ἐκ τούτου κερδάναι διυνηθεῖσαι πλείων ἢ τὸ φανερὰν τὴν σφετέραν ἐκ τῆς ἡττης· καταστῆσαι φυγῆν.

μη'. Ὁ γὰρ μεμηνῶς ἐκεῖνος τῶν ἀνθρώπων δῆμος, φθάνει μεταβδληκῶς ἐπὶ τὸ σῶφρον τε καὶ εὐσχημον (καὶ πρὶν ἢ φθάσαι προσεγγίσει τῇ ἀπηωρημένη τοῦ Βατρὸς σορῶ) καὶ δὴ τὰς ἀπρεπει;

φρονᾶς παραυτίκα μεταποίησαν εἰς εὐπροσπεῖς ὡδᾶς. Αὐτοὶ δὲ βραδίως ἀπηλλαγμένοι τῆς μανίας ἀδύωτον ζήοντο τὴν βίον, εἰ συμφραζή τοῦ κοινού τούτοις σωτήρος ἀπόσχίσθαι περὶ σφίσιν αὐτοῖς εἰκότως δεδιότες, μήποτε καὶ σχετικώτερόν τι τῶν προτέρων ὑποσταίεν, τὸ ἀλεξίκακον ἐκεῖνο σῶμα παρακατέχοντες· βία μὲν οὖν, πείσαντες δ' ὅμως τοὺς διακομιστάς· ἐκεῖνους μοναχοὺς, τοῖς μὲν χρήματα ἐπέδωκαν, αὐτοὶ δὲ τὸ θεῖον ἐκεῖνο σκήνος ἀνελόμειοι, ψαλμοῖς τε καὶ ὡδαῖς πνευματικαῖς πομπῇ τε δημοσίᾳ καὶ ἄλλω· φιλοτιμωτάτῃ χρώμενοι, προσεπεμπόν τε καὶ ἀντίθεοντο τῇ κώμῃ, μᾶλλον δὲ αὐτῷ ταύτην ἀντίθεον.

μθ'. Ἀλλὰ γὰρ εἰς ἐνταῦθα λόγος, τῶν ἐπιδατηρίων θαυμάτων τὴν πληθὺν ἀπαριθμήσαντ' ἄν; ὁ μὲν γὰρ ἐξῆτορον λιγγὸς ἔδλεπε, πρότερον τῆς ὄψεως πονηρῶς ἔχων ὁ δὲ τὰ ὡτα ψόφρων εἶχεν ἀντιληπτικῆ, χθῆς καὶ πρὸ ταύτης ἐκκεκωφημένος γλώτταν ἕτερος εὐλαλον ἐκίνει, τῶν ἰχθύων σχεδὸν ἀφρονότερος τυγχάνων πρώην καὶ ἄλλο; ἄλλου τοῦ πονηρῶ; ἔχων τῶν μελῶν, παραχρῆμα πάντες ἀνεβζώνοντο ἔστι δ' ὧν τὸ σῶμα πᾶν, θεϊκῆς νόσου παρανόημα κινδυνεύον ἔσεσθαι, πρὸς ὑγείαν ἐν ἀκαρεῖ μεταποιεῖτο. Καὶ πάντες ἔχαιρον, ἐκρότου, ἐπαιάνιζον καὶ τῶν οὐσιῶν δὲ συμφέροντες ἦσαν ἕκαστος οὐ μικρὴν ἀπόμοιραν, ἀφιέρωσάν τε μέρος αὐτῷ γῆς τὸ χαριστάτονον, καὶ νεῶν νευρογῆσαντες ἀνήγειριν περικαλλῆ καὶ πολυτιμήτους ἀναθήμασι κεκοσμημένον. Ἐπίγειοι δὲ αὐτῆς οὐκ ἐκείνον ἄρα κέκοσμον, ἀλλὰ καὶ τουτοῖν τὸν χώρον μάλιστα, σὺν οὐκ ὀλίγοις ἄλλοις, ἐφ' ὧν ἄρεται τε καὶ θαυμάζεται, καὶ ταῖς ἐτησίαις τιμᾶται τελεταῖς· ἐπαινώ γὰρ τὸν εἰπίντα, τοὺς ἀγαθοὺς τῶν τεθνηκότων ἐπιπάσης γῆς τεθάφθαι, τῷ διὰ πάσης τᾶς σφίσιν ὀπηρημέναις ἀριστεταῖς ἀνακηρύττεσθαι.

ν'. Τοῖς μὲν οὖν ἄλλοις, μικροῦ δέω λέγειν ἅπασιν, συντέθηκε τὸ ἀριστευεῖν ὁ δ' ἡμῶν μέγας ἐν Πατράσιν οὗτος Πέτρος, καὶ μετὰ θάνατον ἀθάνατός ἐστι δι' αἰῶνος ἀριστεύς καὶ ὁ πάντων ἐστὶ μέγιστος, ὡς οὐκ ἐνταυθαί μόνον τούτου μέγα κλέος ἐστίν οὐ δ' ἐπὶ τῆς γῆς ἀπάσης ὅση τῷ νόμῳ τῆς χάριτος ἰθύνεται, καὶ τοῖς τῶν εὐαγγελικῶν λογίων εἴκει θεσμοῖς· ἀλλὰ καὶ κατ' αὐτὸν τὸν οὐρανόν, καὶ τὰς ἐπ' αὐτοῦ περὶ Θεὸν δυνάμεις, αἷς καὶ αὐτῆς ἐνδιατῆ νῦν. Ὁ γὰρ μόνος τῆς θείας δὴ τυγχάνει φύσεως, τὸ παντεχοῦ παρῆναι, τοῦτ' ἐκεῖνος κατὰ τὴν ὑπὸ Θεοῦ δεδομένην αὐτῷ χάριν ἀπηνέγκιστο, παρῶν μὲν τοῖς ἐπὶ γῆς, δι' εὐφρομῶν καὶ ἀνεπιλήφατου μνήμης, ἐν δ' οὐρανῷ τοῖς ἀπ' αἰῶνος ἁγίοις ἐναριθμοῖς διατελῶν, καὶ τὴν μετ' ἀγγέλων περὶ Θεὸν συνεξελέτων ἄληχτων χορείαν.

να'. Οὗτω ζῶν μὲν πάντα ἀπεκτίσαστο, θανὼν δὲ πάντα ἐκλήρωσαστο καὶ τὴν οἰκουμένην φυγῶν ἔτι περιῶν, τὸν οὐρανὸν ἀποδοῦς ἀντίλαθε. μᾶλλον δὲ πρὸς τῇ γῆ κακείνον προσεκτίσαστο καὶ τὴν

mores in cantica decora commutarant. Atque hoc pacto sui compotes celeriter redditi, miseram potestatem se victuros vitam arbitrabantur, si contingeret, communem salutis suae vindictam a se avelli: et sibi ipsis merito timentes, ne illo ablato, miserabiliter aliquid prioribus miseris ferendum foret; avortuncum illud malorum corpus sibi retinuerunt; non tamen vi, sed inductis ad hoc, qui corpus attulerant, monachis; quibus pecuniam insuper dantes, et sibi divinum illud corpus cum psalmis et canticis spiritualibus auferentes, nec non publica ac celeberrima pompa deducentes, in pagum suum transtulerunt, aut potius pagum eidem dicarunt.

49. Jam vero quænam oratio miraculorum ejus, quæ hic iucrobuerunt, multitudinem enumeret? Qui enim prius affectos male oculis habuerat fuerat acutius videbat: qui heri ac pridie surdus fuerat, quemlibet auribus sonum percipiebat; aliis oñium magis fero mutus quam piscis, expeditè movebat linguam; alii aliorum membrorum capti usu, eundem statim recipiebant corroborati. Erant, qui toto corpore ita affecti essent, ut gravi malo periclitarentur de vita; sed momento temporis sanitati restituti sunt, gaudentibus omnibus, plaudentibusque et præna canentibus. Insuper bonorum suorum partem non exiguam quisque conferebant, consecrabant ei partem agri sui charissimam, atque ædem pulchritudine eximiam construebant, eamque pretiosissimis donis adornabant. Obtinet autem vir sanctus non istam solam ædem, sed ipsam quam maxime regionem illam cum aliis non paucis, ubi laudibus effertur, miraculis inlarescit, atque annua colitur celebritate. Placeat nimirum mihi qui ait, probos viros, cum mortui fuerint, ubique terrarum sepulcrum obtinere, quia ubique opera iis præclare gesta in ore omnium versantur.

50. Alii quidem, parum abest quin dicam omnes, cum morte cessant laudabiliter operari: hicce vero magnus Pater noster Petrus, etiam post mortem immortalis mirabilia patrat per sæcula: quodque omnium caput est, non hic modo ac toto terrarum orbe, qua gratiæ dirigitur legibus atque evangelicorum oraculorum obedit scitis, summa Petri elucet gloria; sed ipsum quoque cælum penetras, angelicis Potestatibus, quibuscum nunc ipse versatur, in æstimatione est. Quod enim soli divini naturæ competit, ubique presentem adesse, id Petrus per collatam sibi divinitus gratiam consequi meruit: utpote qui in terris cum hominibus versetur, per clarum atque indelebilem memoriam sui; et in cælis sanctis qui a seculo sunt annumeratus, cum angelis circum Dei thronum choras sine intermissione ducit.

51. Ita ille, cum vivebat, omnia abdicavit; cum mortuus fuit, omnia consecutus est; cum vita supererat, mundum fugit; cum illam morte clausit, cælum recepit aut potius terræ cælum adjunxit

sibi possidendum. In vita olim sua sensus latebat omnium; nunc vita functus, omnes omnium sensus delectat et juvat. Nam linguæ propemodum omnium cum admiratione de ipso loquuntur; similiter ad omnium ferme auditum laudes ejus perveniunt; proponitur ipse oculis spectaculum adorabile, et contractatione sui perutile. Neque sensus tantummodo afficit, verum etiam animæ facultates ad virtutem recte componit; omnes vitæ suæ exemplis docens, ubi, et quo modo, et quantum facultatibus illis utendum sit. Atque ita omnimode omnibus bene faciens, factus est bonorum omnium communis apotheca, virtutis magister, expulsor vitiorum, bonorum omnis generis provisor, facilis in rebus angustis suppetitor; et verbo ut dicam, in necessitatibus cunctis adjutor paratissimus. Præcipue tamen erga quamlibet ratione præditam naturam conformiter Deo se gerebat, fugator dæmonum, benefactor hominum, contubernalis angelorum.

52. Ita ille quidem se ipsam nobis præbuit thesaurum magnum ac medicinam, omnis generis morbos egregie curantem. Præbuit item se omnibus, sancte vitam instituere volentibus philosophiæ Christianæ exemplar; nec non iis qui dicendi facultate excellunt, optimum argumentum, non minus aptum ad commendationem laudati, quam fãudantis ipsius. Nostrum vero omnium nemo unus ipsum aut perfecte imitari, aut pro meritis laudare quiverit: quod si quis tamen facultate imitandi atque laudandi polleat, præclare profecto fecerit, glorificans per ipsum, quem recte sentientes credimus trinum in personis, unum in essentia Deum, qui mirabilis est in Sanctis suis, nunc et semper et in sæcula sæculorum. Amen.

Α πάντων αἰσθησὶν λαθὼν κατὰ τὸν βίον, νῦν ἐξ ἀθρώπων γεγονώς, πᾶσαν πάντων αἰσθησὶν καὶ τέλει καὶ δύνησι. Κεῖται μὲν γὰρ ὀλίγου δεῖν, ἐπὶ τῆς ἀπάντων σὺν θαύματι γλώττιας, φθάνει δὲ μικροῦ παραπλησίως, ἐπὶ τὰς ἀπάντων ἀποδοῦ, καὶ θέαμα πρόκειται προσκυνητῶν, καὶ δι' ἀφῆς λυσιτελέστατον οὐ μόνον δὲ, ἀλλὰ καὶ τὰς τῆς ψυχῆς ἐπὶ τὸ κρεῖττον μαθαυρόζει δυνάμεις, τοῖς κατὰ τὸν οἰκεῖον βίον ὑποδείγμασι πάντας ἐκδιδάσκων, οὐ δεῖ ταύταις, καὶ ὅπως, καὶ ἐφ' ὅσον χρηστῆον. Καὶ οὕτω παντοίως πάντας εὐποιῶν, καὶ κοινῶν προκαίμενος ἀγαθῶν ἀπάντων πρυτανεῖον, ἀρετῆς ἡγεμῶν, φυγαδευτῆς κακίας, ἀπάντων παντοῖοις προμηθεύς, ποριστῆς ἐν ἀπορίαις εὐμήχανος, καὶ συνελόντα φάναι, πρὸς πᾶν ὅτου τις ἂν δεῖοτο βροηθὸς ἐτοιμότατος, μᾶλλον δὲ πρὸς πᾶσαν λογικῆν φύσιν, ἀρμοζόντως ἑαυτὸν σὺν Θεῷ μεταποιῶν, καὶ διώκτης μὲν δαιμόνων, εὐεργέτης δὲ ἀνθρώπων, συμπόλιτης δὲ ἀγγέλων ὢν.

Β
 γβ'. Ἄλλ' ὁ μὲν οὕτως ἑαυτὸν προῦθηκεν ἡμῖν χρημᾶ τε μέγα, καὶ φάρμακον πρὸς πᾶν εἶδος θεραπείαι; διαρκῆς, ὑπόδειγμά τε φιλοσοφίας ἀληθοῦς, τοῖς κατ' ἀρετὴν βιοῦν προελομένοις, καὶ τοῖς περὶ λόγους μέγα δυναμένοις ὑπόθεσιν ἀρίστην, καὶ κοσμεῖν οὐδὲν ἤττον, ἢ κοσμεῖσθαι πεφυκυῖαν. Ἡμῶν δ' οὐδεὶς ἀπάντων, οὔτε μιμήσασθαι τοῦτον διὰ τέλους, οὔτε πρὸς ἀξίαν ἐπαινεῖσθαι δύναται ἂν. Εἰ δ' ὅπως ἂν ἕκαστος ἔχοι δυνάμειος ζηλοῖη τε καὶ εὐφημοῖη, κρεπόντως ἂν δὴ πᾶσι δρῶν δοξάζων διὰ τούτου τὸν ἐν τρισὶν ὑποστάσεσιν ἓνα κατ' οὐσίαν, τοῖς εὐφρονοῦσι πιστεύομεν Θεὸν, ὃς ἐστὶ Θεομαστός ἐν τοῖς ἁγίοις αὐτοῦ, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰῶνων. Ἀμήν.

GREGORII THESSALONICENSIS

ET

GREGORII SINAITÆ *

ASCETICA.

(Εκ Φιλολογίας τῶν ἱερῶν Νηπιτικῶν. Venetiis 1782. Cum post absolutam impressionem libri hujus exemplaria omnia in Orientem fuerint translata, nullum jam in partibus nostris reperire est. Exemplari usi sumus Athenis per virum de nobis benemerentissimum J. Sgouta transmissio. Interpretationem Latinam (quantus labor!) adornandam in se suscepit vir doctus J. Lecomte, Balneaci in diocesi Aurelianeusi parochus.)

Ὁ ἐν ἁγίοις Πατῆρ ἡμῶν Γρηγόριος ὁ Θεσσαλονίκης, ἦν ἐπὶ τῆς βασιλείας Ἀνδρονίκου τοῦ δευτέρου τῶν Παλαιολόγων, περὶ τὸ χιλιοστὸν τριακοσιοστὸν τεσσαρακοστὸν ἔτος τῆς σωτηρίας. Πάντα δὲ τὸν κόσμον, καὶ τὰ ἐν κόσμῳ καταλιπὼν, καὶ ἀπὸ τῆς πατρίδος αὐτοῦ, τῆς Κωνσταντινουπόλεως, ἐπὶ τὸν ἀγιώνυμον Ἄθω μεταναστεύσας, τὸν μοναστικὸν ὑπέρχεται βίον, ἐν ᾧ καὶ πόνοις ἀσκητικωτάτοις χρηστὰς, καὶ μόνος μόνῳ τῷ Θεῷ προσανέχων, δι' ἄκρας ἡσυχίας, θεοειδέστατον ἔσοπτρον τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἐχημάτισε, πράξεως καὶ θεωρίας, εἴπερ τι; ἄλλος, εἰς τὸ ἀκρότατον ἀνελθὼν. Οὐ καὶ ταῖς θεοπτικαῖς ἐλλάμψεσι καταγαζόμενος τὴν διάνοιαν, σοφώτατα καὶ θεολογικώτατα συγγράμματα, οἷόν τινα στήλην ὀρθοδοξίας τῆ Ἐκκλησίᾳ τοῦ Θεοῦ καταλείπει. Τούτων δ' ἀποσπάσματα τυγχάνει καὶ τὰ τῆ παρούσῃ ἐμφερόμενα βιβλία, θησαυροὺς τῷ ἐντελείας γνώσεως, καὶ πνευματικῆς σοφίας, καὶ τελειότητος τοῖς ἀναγινώσκουσι προμνηστεύοντα. Οὐ μόνον γὰρ τὰ παρὰ τῶν παλαιωτέρων ἁγίων εἰρημένα ὁ θεοπτικὸς ἐκεῖνος καὶ οὐράνιος συνελέχτο νοῦς, ἀλλ' ὅσα καὶ παρ' αὐτοῦ διὰ μακρᾶς πείρας καὶ μακαρίου πάθους ὑπερφωῶς διεγνώσθη προσθεῖς, καλλιστεῖον ἀντικρυς τῶν νηπιτικῶν αὐτὰ ἀπειργάσατο, ὡς μηδένα τῶν πάντων νομίζειν ἀνθρωπίνης ποτὲ διανοίας εἶναι ταῦτα γεννήματα, πολλοῦ γε καὶ δεῖ, τῆ δ' ἀληθείᾳ νοῦν Χριστοῦ, καὶ Θεοῦ φωνᾶς πᾶσαν ἐξιστώσας καὶ ἀκοὴν καὶ διάνοιαν, δι' ὧν τῶν μὲν ἱερῶς ἡσυχάζοντων, καὶ τῆ νοερᾶ ἠψεί καὶ προσευχῆ σχολάζοντων γενναίως ὑπερμαχεῖ, τὰς δ' ἀντιθέτους τῶν ἐνανθῶν κενωσῶνας ταῖς γραφικαῖς ἀποδείξεσι ὡς τῆς ἀληθείας ἀναιρετικᾶς ἐπιστημονικώτατα διελέγχει.

A Sanctæ memoriæ Pater noster Gregorius Thessalonicensis inter vivos degebat imperante Andronico Palæologorum secundo, circa millesimum trecentessimum quadragesimum salutis annum. Toto mundo et omnibus quæ mundi sunt relictis, et ex patria sua Constantinopoli ad sanctum montem Atho transgressus, monasticam amplexus est vitam, in qua laboriosis vacans exercitiis, et solus soli Deo se applicans divina quietudine, divinissimum factus est Spiritus sancti speculum, ita ut in vita activa et contemplativa nemo alter altius ascenderit. Unde divinis fulgoribus illuminata mente, sapientissima piissimæque reliquit opera, in Ecclesia Dei quasi quædam veritatis columna.

B Horum fragmenta præsens liber offert, quæ thesaurus veræ Dei scientiæ spiritualisque sapientiæ ac perfectionis lectoribus aperiant. Non solum enim veterum sanctorum sermones assueta divinx cælestique visioni mens collegit, sed et quæ longa ipsemet experientia et felici gratiæ instinctu didicerat, addens, ea pulcherrimum quasi præmium coram vigilantibus proposuit; ita ut nemo omnium cogitare possit hæc esse humani intellectus opera, et quidem multum abest, nam reipsa mente Christi et Dei sermonibus totum repleverat auditum et intellectum. Illis porro scriptis sacræ vacantes quieti spiritalique vigilantix et orationi generose defendit, inanes vero adversariorum ineptias Scripturæ argumentis esse veritati contrarias doctissime convincit.

* Vide Notitiam ejus scriptis præmissam, infra col. 1205.

ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ

ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ ΓΡΗΓΟΡΙΟΥ

ΤΟΥ ΘΕΣΣΑΛΟΝΙΚΗΣ ΜΗΤΡΟΠΟΛΙΤΟΥ

ΠΡΟΣ ΤΗΝ ΣΕΜΝΟΤΑΤΗΝ ΕΝ ΜΟΝΑΖΟΥΣΙΑΙΣ ΣΕΝΙΝ

ΠΕΡΙ ΠΑΘΩΝ ΚΑΙ ΑΡΕΤΩΝ

ΚΑΙ ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΤΙΚΤΟΜΕΝΩΝ ΕΚ ΤΗΣ ΚΑΤΑ ΝΟΥΝ ΣΧΟΛΗΣ.

S. P. N. GREGORII

THESSALONICENSIS METROPOLITÆ

AD REVERENDISSIMAM IN SANCTIMONIALIBUS XENAM,

DE PASSIONIBUS, VIRTUTIBUS

ET MENTALIS QUIETUDINIS FRUCTIBUS.

